☞ a Tropologice. Nutriet homo vix vnā vaccā ⁊ duas oues ſcʒ mūda animalia habēt iudei vt lacte nutriantur infantie: nō ſolido cibo: vt comedāt verboꝝ mella de labijs meretricꝭ: nec habeāt vinū qꝺ letificat coꝛ hoīs. Sed opa eoꝝ vertā tur in ſpinas: ⁊ vulnerenť ab eis: q̄ ſagittāt in obſcuro. r. c. ſi voluerint altius ſapere q̄ꝫ deberent: vt laborantes in ſcripturis myſticum poſſint inuenire. Non fruges afferāt ſed vepꝛibus cōpleantur ⁊ ſpinis que oꝛiunť in manibus ebrij: nec terra coꝛū vel doctrina a rationabili animāte: ſed a bobus (quoꝝ curaʒ nō habet deus) ⁊ a brutis animalibus conculcetur. b Comedet butyꝝ. Delectabitur in paſſione xp̄i vł ſua. Butyruʒ enī ex multis cōfectiōib⁹ efficitur. c Et oēs montes. relictis campeſtribus metu hoſtium ad montana cōfugient: aſpera montiū manu ꝓpꝛia excolentes: vitā miſerā ſuſtentabunt. cetera erunt in paſcua.

Tropo.

Pſ. 10.

☞ Et dixit

a ſ rarus habitatoꝛ. b ſ vnā tm̄: quia pauper. ſ carnem. ſ robuſtam vnitatem.

a illa: nutriet homo vaccā boum. a†

a ſ duos ſimplices affectus ad dn̄m. ſ. et ꝓximū. b ſ q: multa paſcua et pauca animalia. c ſ doctrine euāgelice. ſ vn̄ paſcať et veſtiatur.

et duas oues: ⁊ pꝛe vbertate lā- b† c†

b ctis comedet butyrū. Butyrum d†

a ſ agreſte. b ſ pꝛo inopia panis.

enim ⁊ mel manducabit omnis e

homo qui relict⁹ fuerit in medio

terre. Et erit in die illa oīs lo- f

a ſ deficiente vino: deſertis vineis: ſingule vites ſingulis ementur argenteis.

cus vbi fuerint mille vites mille

a ſ emētur. b ſ vinee.

argenteis: ⁊ ī ſpinas: ⁊ ī vepꝛes g

a ſ timoꝛe latronum.

erunt. Cum ſagittis ⁊ arcu igre- h

a ſ in agros viſendos.

dientur illuc. Vepꝛes enī et ſpi-

c ne erūt in vniuerſa terra: et om- i

a ſ erunt tales.

nes mōtes qui in ſarculo ſariēť:

non veniet illuc terroꝛ ſpinaruʒ k

a ſ cetera terra.

et vepꝛiū: et erit in paſcua m bo- l

a ſ tm̄: nō in habitatione hominis.

uis et in conculcatione pecoꝝ.

# Nico. de lyra

vaſtauerit ⁊ partim rapuerit: tamē dominus de victu Ezechie ⁊ populo ſuo ꝓuidit. vt dictū fuit. iiij. Reg. xix. exponēdo illud: Hoc erit ſignū: comede hoc anno qꝺ reppereris ⁊c. ⁊ q̄ꝫtū ad hoc dicit hic: Et erit in die illa. i. tꝑe poſt deuaſtationē ꝑ ſennacherib. a Nutriet hō ⁊c. i. vaccā vnicā ſibi remanentē de magno armento boum ceteris raptis ⁊ conſumptis ab exercitib⁹ ſennacherib. b Et duas oueſ. ſibi remanentes de magno grege ouium. ceteris conſumptis ab aſſyrijs. c Et pꝛe vbertate ⁊c. quia dominus dabit benedictionē ſuā ⁊ ſic habebūt tātū de lacte ꝙ ſufficiet ei ad ſuſtētationem domus ſue: intantū ꝙ non ſolum comedet lac: ſed etiā pinguedinē lactis que colligitur in butyro. Aliqui autem exponūt ponunt hoc ad oppoſitum dicentes: ꝙ ꝑ hoc exprimitur defectus victus illo tempoꝛe ꝓpter vaſtationem terre. ſic exponētes: Comedet butyꝝ ꝓpter panis defectum: ſed littera pꝛecedens videtur repugnare vbi dicitur: Et pꝛe vbertate. ⁊ ſimiliter ſubſequens. cum dicitur: d Butyrū et mel comedet. vel manducabit. vbicunq̄ꝫ enim iſta duo iunguntur in ſcriptura ſignificāt abūdantiā bonoꝛum terre. vnde et terra ꝓmiſſionis ad ſui cōmendationē frequenter dicitur in veteri teſtamento fluens lacte ⁊ melle. e Omnis homo qui relictus fuerit in medio terre. id eſt homines iuſti viuentes vita humana ⁊ non beſtiali. iſti fuerunt relicti in medio terre iudee euadētes gladiū ſennacherib: ſed mali qui erāt in peccatis obſtinati: fuerunt per eū exterminati. ⁊ iſtis iuſtis remanētib⁹ fuit ſufficienter ꝓuiſum de victu. f Et erit in die ⁊c. valentes mille argenteos. g Et in ſpinas ⁊c. ꝓpter defectum colentiū. quia ſicut dictum eſt multi perierant per exercitū aſſyrioꝛū. Ra. Sa. aliter exponit. d. ꝙ tempoꝛe Ezechie poſt mirabilem liberationem ab exercitu ſennacherib vt pꝛedictum eſt: Ezechias induxit populū ad legis ſtudiū: ⁊ vt magis poſſet ī h̄ ꝓficere abſtraxerunt ſe a vino: ita ꝙ parum aut nihil bibebant: ⁊ ſic remāſerunt vinee inculte. h Cū ſagittis ⁊c. ꝓpter feras ⁊ ſerpentes ibi latentes inter frutecta ibidē creſcētia. ideo ſubditur: Vepꝛes enī ⁊ ſpine ⁊c. i Et omnes montes ⁊c. id eſt ſpinis ⁊ vepꝛibus purgabunť. ad hoc ꝙ poſſit ibi bladū ſeminari. k Nō veniet ⁊c. q: deo faciente ſeruabitur terra in puritate ſua: vt ſic faciat fructū bonū ⁊ multū. ideo ſubdiť: l Et erit ī paſcuam bouis ⁊c. id eſt ita erit fertilis in fructu ꝙ non ſolū ſufficiet ad ſuſtentationem hominum: ſed etiam animalium domeſticoꝛum.

# Moraliter.

a† Et factū eſt in diebus Ca. VII achaz ⁊c. Per hierl'm ſignificať anima fidelis ſm̄ ſenſū moralē ī qua ciuitate debet xp̄s regnare: cōtra eā venit raſin qui interp̄tať iniquus. i. nō equus: ⁊ ſignat ſupbiā. nā ſupbus vult alios excedere: ⁊ ſic refugit equalitateʒ. ⁊ phacee qui interpꝛetatur oꝛis opertio: ⁊ ſignat auariciam. vnde auarus diciť quaſi eris auidus: ⁊ ſic os apertū habere diciť: q: nunq̄ꝫ pecunijs ſatiatur: ⁊ hec duo vitia dicū hic titiōes fumigātes ⁊ caudas habēt. es titiones: q: cōcupiſcentiā inflāmant: fumigātes: q: mentis oculos tanq̄ꝫ fum⁹ excecant et caudas habentes: q: poſt ſe alia vitia trahūt. De ſuperbia nanq̄ꝫ diciť Ecci. x. Initiū oīs pctī ſupbia. De auaricia. j. Thimo. vj. Radix omniū maloꝝ eſt cupiditas. Per Eſaiā vero dictā ciuitatē aſſecurantē pꝛedicatoꝛ ſignificatur veritatis. dans ꝓ ſigno liberationis cōceptionē ⁊ natiuitatē ſpiritualē chꝛiſti in hominibus bone volūtatis. per achaz vero recuſantē ſignū: ſignificať peccatoꝛ obſtinat⁹ in malo. De bello vero vitioꝛū cōtra hierl'm moralē dicit Ber. ſup miſſus eſt. Venit auaricia ⁊ vendicat in me ſibi ſedem. iactātia cupit dominari: ſuperbia vult mihi eſſe rex. luxuria dicit ego regnabo. ambitio inuidia ⁊ iracundia certant in memetipſo de me ipſo: cuius potiſſimū eſſe videar. ego q̄ꝫtū valeo reſiſto. renitoq̄ꝫtū iuuoꝛ. dn̄m meū ieſum reclamo: ⁊ dico nō habeo regeʒ niſi ieſū. c† In die illa ſibilabit dn̄s muſce ⁊c. Per muſcas ⁊ apes pūgentes ſignificāť cōtētioſi ⁊ detractoꝛes q̄ dicunť h̄ requieſcere. † In toꝛrentib⁹ valliū. q̄m ſunt ī petuoſi: ꝓpť qꝺ ſignāt dom⁹ potentū. † Et in cauernis ⁊ foꝛaminib⁹. id eſt in domibus clauſtraliuʒ. † Et in omnib⁹ frutectis. que ſunt parua nemoꝛa: ꝓpter quod ſignificant habitatiōes vulgariū. In omnibus enī iſtis locis vigēt vitia ꝯtentiōis ⁊ detractionis. Et ſubdiť dictoꝝ vitioꝝ punitio. cū diciť: l† In die illa radet dn̄s ⁊c. i. grauiter puniet p̄dicta vitia in maioꝛib⁹ q̄ ꝑ caput ſignificantur: ⁊ mediocribus q̄ ꝑ barbā: ⁊ minoꝛib⁹

# Additio

noꝛib⁹ q̄ ꝑ pilos pedū intelligūť. s† In die illa. Hic deſcribiť modus viuendi bonoꝝ. cū diciť: In die illa nutriet hō. id eſt rōnabiliter viuēs. a† Vaccā boū. i. coꝛp⁹ ſnū nō ad luxuriādū: ſed ad ſeruiendū dn̄o ſm̄ ſtatū ſuū. b† Et duas oues. ſcʒ intellectū pabulo ſacre ſcripture: ⁊ volūtatē celeſtiuʒ deguſtatiōe q̄ꝫtū ꝑtinet ad ſtatū p̄ntis vite. c† Et p̄ vbertate lactis. i. diuine conſolationis. d† Comedet butyrū. i. ſentiet excellentē ſuauitatem celeſtium.

In ca. vij. vbi diciť in poſtil. Et dixit achaz: Nō petam.

# Additio. j.

In hac rn̄ſiōe achaz recte ītellecta nō recuſauit petere ſignū: timens ne aliquid ad dei gl'iam mōſtrareť: vt Ra. Sa. dicit. potuiſſet enī Eſaias virtute diuīa oſtēdere aliqꝺ ſignū etiā achaz nolēte: ſed hec reſpōſio aliť expōi p̄t ⁊ plani⁹. Pꝛo q̄ ſciendū ꝙ aliq̄ q̄rūt a deo ſigna nō tētādo q̄ſi dubitātes de diuīa potētia: ſ vt firmi⁹ verbis diuīs adhereāt: vt pʒ de Gedeōe Iudic. vj. ca. ⁊ de Ezechia. ī. xxxviij. ⁊ de multꝭ iuſtꝭ. Alij vo ſigna q̄rūt q̄ſi volētes expientiā ſumē de diuīa potētia de q̄ dubitāt: ⁊ h̄ eſt ꝓpꝛie tentare deū: ſic legiť de iſraelitꝭ: Nu. xiiij. tentauerūt me decies. Alij vero in tāta īfidelitate ſūt excecati ꝙ nolūt tētare deū: ſ quaſi certificati de īpotētia ſeu īpꝛouidētia dei: credūt ꝙ de h̄ nō requiriť tentatio: ſic null⁹ ſēſat⁹ tētat an ignis calefaciat: cū ſit cert⁹ de hoc. Et iſto mō achaz peſſim⁹ tanq̄ꝫ nō ſolū dubius de fide: ſed tanq̄ꝫ cert⁹ de oppoſito dic: nō petā: ⁊ nō tētabo dn̄m. q. d. nec p̄mo mō qꝺ eſt petere ſignū: nec ſcđo mō qꝺ ē tētare: ego volo ſigna. in quo manifeſte oſtēdebat nullā habere fidem nec confidentiā de deo. Unde notādū: ꝙ cū Eſaias dixerat ſibi: pete tibi ſigna a dn̄o deo tuo: coꝛreſpōdenť debuiſſʒ dicere: Nō petā: ⁊ nō tētabo dn̄m deū meū: ſed ī ſua rn̄ſiōe peſſima reſcīdit deū meū vt māifeſte oñderet: ꝙ dn̄s de q̄ Eſaias loquebať: nō erat de⁹ ſu⁹. ſ. achaz. Ex q̄ Eſaias ꝯn̄r ītulit. Nū q̄d parū vobis eſt ⁊c. Infidelitas enī quā achaz oñdebat in p̄dicta rn̄ſione maxīa offenſa dei erat.

In eo.ca.vij.vbi dr̄ in poſtil.Et ſi dicat̄ ꝙ nō cogno.⁊c̄.

**Additio.ij.** Poſito ꝙ demōes ꝑcognoſcūt certitu/
dialiṫ de aliqua muliere ꝑgnāte: an ſit
paritura maſculū vel feminā ex eoꝝ noticia naturali q̄ ītegra
in eis remāſit: vt poſtillator dicit ad hec pt̄ negari ꝙ de mulie
re q̄ nōdū ɔcepit: demōes ex ſua noticia naturali ꝑcognoſcāt:
an ɔceptura ſit ⁊ paritura: cū demonū cognitio naturalis nō
ſe extēdit ad futura mere cōtingētia. ⁊ ideo cū ī ꝓpoſito Eſai/
as loquebat̄ de virgīe q̄ nōdū cōceperat ſed conceptura erat.
Nō ei dixit: Ecce virgo ɔcipit ſeu ɔcepit: ſꝫ ɔcipiet. Nō obſtā
te rōe poſtillatoris adhuc videt̄ cauillatio iudeoꝝ ī ſuo vigo/
re ad quā euacuādā videt̄ aliṫ dicēdū. Pro q̄ attēdēdū ē ꝙ ex
ɔtigētibꝰ q̄ equaliṫ ad vtrūlibet ɔſueuerūt ſe habere: nō pt̄ ſu
mi rōnabiliter certificatio alicuiꝰ ꝓpoſiti dubij: etiā ſi ab aliq̄
añq̃ ɔtigat ꝑnoſticet̄: Vbi gr̄a. Si aliq̄s dicat alicui d̄ aliq̄ re
dubitāti: crede mihi hāc rē tibi dubiā: in cuius ſignū do tibi:
ꝙ ſemel ꝓijcias taxillos: ⁊ in illa eiectiōe vnica tua pūcta erūt
paria: māifeſtū eſt: ꝙ poſito ꝙ paria eijciant̄ dubitās ſi ſit di/
ſcretꝰ nō certificabiṫ de dubio ſuo. q̄z ad talē ꝑnoſticationē nō
requiriṫ aliqua ſupnaturalis cognitio: ſʒ pt̄ rōnabiliṫ eſtīari:
ꝙ fuit caſualiter facta. vñ in ꝓpoſito ꝙ mulieres cōiter pariūt
maſculos vl' femīas: caſualiṫ poſſet q̄s verā ptē ꝑdicere ſine h̄
ꝙ ſibi credat̄ in alijs dicēdis. Unde ridiculū videt̄ ꝙ in mate
ria tā ardua ⁊ dubia tale ſignū offerret̄ ad certificationē.

In eodē ca. vbi dr̄ in poſtil. Ut ſciat reprobare malū.

**Additio.iij.** Notādū ꝙ in hoc qd̄ dr̄ h̄: Ut ſciat re
ꝓbare ma.⁊c̄. videt̄ ꝓpħa alludē ad
h̄ qd̄ dr̄ Geñ.iij. Eritꝭ ſic̄ dij ſciētes bonū ⁊ ma. Primꝰ eī adaꝫ
ſciam boni ⁊ mali illicite appetiuit. ſ. vt eſſet ſic̄ deꝰ. vñ ibidem
dr̄: Eritis ſic̄ dij ſciētes bonū ⁊ malū: ⁊ ſic lapſus ē in pctm̄ ſup
bie volēs ſe adeq̄re d̄o. Scd̄s aūt Adā. ſ. emanuel. de q̄ h̄ agiṫ
nō habuit ſcīam boni ⁊ mali niſi vt ſciret reprobare malū ⁊ eli
gere bo.q.d. licet iſte filiꝰ vgīs de q̄ loq̄r: butyrū ⁊ mel cōcdet
tanq̃ verꝰ hō: in h̄ tñ differt a ꝑmo hoīe: q̄z ille bonū ⁊ maluꝫ
ſcire appetiuit vt eq̄ret̄ deo. iſte vero vt ſciret reprobare malū
⁊ eligere bonū: qd̄ intelligiṫ de malo culpe qd̄ eſt ſimpliciter ⁊
vere malū. malū vero pene eſt malū ſm̄ q̄d tm̄. Et notādū ꝙ ſi
ſcire intelligat̄ h̄ de ſcīa expimētali: ſic in ꝑdictꝭ vbis īueniṫ ī/
peccabilitas xp̄i: etiā ſm̄ hūanā naturā. Iſto enī mō nō ſciuit
xp̄s malū: q̄z pctm̄ nō fecit: nec īuētꝰ ē dolꝰ in ore eiꝰ. ī. liij. ſed
tm̄ ſciuit reprobare malū culpe. Itē notādū ꝙ vbi nos habe/
mus: Ut ſciat repro.ma.⁊c̄. hebraica lr̄a hꝫ: q̄z ſcit. vl' eo ꝙ ſcit
ſm̄ ꝙ inueniṫ. ꝙ ſcīa eligēdi bonū ⁊ reprobādi malū fuit in ip̄o
emanuel anteq̃ butyꝝ ⁊ mel comederet. ſ. añ natiuitatē ſuā. ſi
cut cā ꝑcedit effectū. ⁊ ſic virtute huiꝰ lr̄e hr̄ ꝙ añ natiuitatē ſu
am habuit ſciam reprobādi malū ⁊ eligēdi bonū: qd̄ nō cōpe/

In eo.ca. vbi dr̄ in poſtil. Circa quartū (tit alij puro hōi.
dicēdū ad primū ꝙ in ſacra ſcriptura poniṫ dupliciṫ ſignum.

**Additio.iiij.** Signū indicatiuū aliciuꝰ effectꝰ du
pliciṫ dat̄ in ſcriptura. Uno mō cū ſi
gnū dat̄ in pn̄ti vt aliq̄d credat̄ ⁊ h̄ fiēdū ī futuro: vt de ſigno
dato Gedeoni ⁊ ſilibꝰ: vl' iā factū in ꝑterito: ſicut aptio t̄re de/
glutiētis dathā ⁊ abirō: fuit ſignū vt ppl's crederet ꝙ deꝰ miſe
rat moyſen ad ꝓbādū ⁊ gubernādū ppl'm: Nu. xvj. Alio mō
cū ſignū dat̄ ī futuro ꝙ ī futuro venerit credat̄. vñ Joh. xiiij.
ca. Et nūc dixi vob̄ añq̃ fiat vt cū factū fuerit credatꝭ: ⁊ iſto
ſcd̄o mō intelligiṫ h̄ qd̄ dr̄ h̄: Ecce dabit dñs ip̄e ſignū. Nō enī
iſtud ſignū dabat̄ in pn̄ti: nec pn̄tibꝰ: ſʒ futurꝭ d̄ domo dd̄ q̄bꝰ
h̄ ſignū īnotuit. ſ. btē virgini ⁊ Joſeph: ⁊ ſic nō req̄riṫ vt h̄ ſig/
nū dicat̄ memoratiuū: ſʒ vere ꝑnoſticū. Sꝫ ɔ̄ h̄ dicūt iudei ꝙ h̄
ſignū ip̄tinēter ſeu inutiliṫ poīṫ in h̄ loco. cū ſolū ī futuro ī ma
gna diſtātia tp̄is erat dādū: nec eſt rememoratiuū ꝑteritoꝝ ſʒ
hāc poſitionē. Ad qd̄ dicēdū ꝙ interponiṫ h̄ ad exprobratio/
nē maiorē īcredulitatis ipſiꝰ achaꝫ: q̄ oīpotentiā diuinā ⁊ eius
ꝓuidētiā intātū ɔtēpſit vt ſignū peteret a deo: ⁊ ēt tentare de/
dignaret̄: vt. ſ. ī ꝑma additiōe iſtiꝰ ca. vñ: q̄z oppoſita iuxta ſe
poſita clariꝰ eluce. ꝓpħa ītroduxit h̄ ſignū. q.d. O domꝰ dd̄ q̄
nūc tā īcredula eſ: ꝙ dedignarꝭ petē ſignū a deo ⁊c̄. adhuc erit
tp̄s in q̄ dabiṫ domui dd̄ ſignū altiſſimū ⁊ ꝓfūduꝫ. ſ. Ecce vir/
go cōcipiet ⁊c̄. qd̄ ſignū ſimpliciṫ ab āgelo ꝓpoſitū tā miriſſi/
mū ⁊ ſupnaturale illa vgo de radice ieſſe electiſſima ꝑ fidē pu
riſſimam marīe meritorie acceptauit. vñ de illa dr̄ Luc̄. j. Be
ata q̄ credidiſti ⁊c̄. ⁊ ſic in domo dd̄ īcredulitas ſeu īfidelitas
ipſiꝰ achaꝫ inṫ fidelitatē ſinceriſſimā vgīs gl'ioſe poſita: clariꝰ
illuceſcit. Itē ꝑdicta ꝑnoſticatio Eſaie ⁊ ſi ñ eēt vtil' ip̄i achaꝫ
⁊ ēt ſuis ɔtēporaneis: fuit tñ maxīe vtilitatꝭ futurꝭ: ꝑſertī his
q̄ fuerūt ɔtēporanei xp̄i ⁊ poſterꝭ: q̄bꝰ ab ip̄o xp̄o dr̄: Scrutamī
ſcripturas in q̄bꝰ putatꝭ vos vitam eternam hr̄e ⁊c̄. Joh.v.

hmōi enī ſcrutātes cū inueniūt ɔcordātiā huiꝰ dicti ꝓpheticī.
Ecce virgo cōcipiet cū dicto euāgelij. Ecce ɔcipies ī vtero ⁊c̄.
ad verā fidē attrahunt̄: vl' in ip̄a fortiꝰ cōfirmāt̄. ⁊ ideo notā
ter dixit Mat. in h̄ loco: Ut īpleret̄ qd̄ dictū ē ꝑ ꝓpħam. q.d.
Attēdite ɔcordātiā ꝓphetici vaticinij cū euāgelico teſtimōio

In eodem ca. vbi dr̄ in poſtilla. Ad ſcd̄m dicendum. Alma
ſignificat abſcōſionem.

**Additio.v.** Circa h̄ qd̄ dr̄ in hebreo haalma. At/
tendēdū ē ꝙ alma ſignificat virgineꝫ
abſcōditā: vt dr̄ in poſtilla. ſed h̄ qd̄ addiṫ ha. eſt q̄ddā ſinca/
thegoreuma: cōnotās ꝙ virgo illa de q̄ agiṫ aliq̄ rōe ē notior
ceteris ꝓpṫ aliquā ꝑeminētiā. vl' q̄z de ea iā facta eſt mētio ꝓ
ut ſup pſalteriū in additionibꝰ. ſ. pſal. viij. largiꝰ ē expoſitū.
Ex q̄ aliq̄ difficultas in ꝓpoſito videt̄ emergere circa ſignifi/
cationem ꝓpriā huiꝰ dictiōis haalma. Dicūt eī aduerſarij ꝙ
tp̄e Eſaie nō erat nota btā virgo cū nōdū eſſet in reꝝ natura:
nec de ea iā eſſet fctā aliq̄ mētio in ſcp̄turꝭ ſacrꝭ. vñ nō de illa
ꝓprie pt̄ intelligi li haalma: ſʒ de alia tp̄e Eſaie apd̄ eos q̄bꝰ
loq̄bat̄ nota: ſeu ceterꝭ notior. Ad qd̄ rñdēdū ſm̄ Ray. mar/
tini in pugiōe in tertia parte diſ. iij. ca. viij. ꝙ iā lōge añ Eſai/
am Salomō de cuiꝰ ſtirpe naſcitura erat: exp̄ſſā de ip̄a fec̄ mē
tionē. ſ. Prouer. xxx. vbi dr̄: Tria ſūt mihi difficilia: quartuꝫ
penitus ignoro. Uiā aquile in celo ⁊c̄. ⁊ viā viri in alma. i. in
virgine abſcōdita ſeu ſecreta: vbi ꝑdictus auctor ꝑdictas q̄t/
tuor vias applicat quattuor vijs chriſti. ſ. aſcenſioni viā aqui
le. Uiā quoq̃ xp̄i de cruce ad ſepulchrū qd̄ erat exciſum in pe
tra: de q̄ tertia die reſurrexit vie colubri ſupra applicat. Uiaꝫ
etiā xp̄i ꝑ tēpeſtates ⁊ fluctuatiōes huiꝰ mūdi trāſeūtꝭ vie na/
uis in medio maris applicat. Uiā vero xp̄i in vtero virgīs in
carnati vie viri in alma: quā viā ipſe Salomon dicit ſe penitꝰ
ignorare. ſ. quō abſq̃ humano ſemīe virgo poſſꝫ ɔcipe ꝑfectū
deū ⁊ hoīeꝫ. vñ Eſaias ñ dixit: Ecce alma cōcipiet: ſʒ haalma
tanq̃ de nota de qua Salomō lōge ante fecerat mētionē loq̄/
ret̄. Sed ex hac expoſitiōe licet vera ⁊ rōnabili iudei ſumunt
occaſionē ſubſannādi ſeu blaſphemādi puritatē ⁊ ſctītatē vir
ginis glorioſe. Dicunt eniꝫ: ſic legatur ſeries textus ꝓut iacet
in littera: Prouerb. xxx. ⁊ ibi inuenitur qd̄ cum dixiſſet ſapi/
ens. Uiā viri in alma: ſtatim ſequiṫ. Sic eſt via mulieris adul
tere: que comedit ⁊ tergit os ſuū ⁊ ait: Nō feci iniquitatē: ec/
ce inquiunt. oſtenditur manifeſte ꝙ alma in hoc loco nō pōt
eſſe niſi corrupta: eo ꝙ mulieri adulteri cōparatur. Ad quam
obiectionē predictus auctor rñdet ꝙ verba Salomōis in dctō
libro ꝑabolice intelligi debēt: ſicut ip̄e liber parabole Salo/
monis intitulat̄. vnde frequēter videt̄ vnū ꝑtēdere: ⁊ aliud
intendere: vt pertinet ad parabolicā locutionē. Unde via mu
lieris adultere intelligi debet hic nō femina adulterans: ſed
plebs iudaica. de qua infra Eſa. lvij. Accedite huc filij augu/
ratricis: ſemē adulteri ⁊ fornicarie. Ex quo ⁊ alijs ſilibꝰ pat;
ꝙ mulier adultera in ſacra ſcriptura ſepe accipiṫ ꝓ ſynago/
ga iudaica. qd̄ ex multꝭ rōnibꝰ ꝑdictꝰ auctor ibidē cōfirmat.
Unde queādmodū via aquile in celo: ⁊ via ſerpētis in petra:
⁊ via nauis in aquis: ⁊ via viri in alma mirabiles ſeu diffici/
les fuerūt Salomoni. atq̃ diſtantes ab intellectu eiꝰ: ſic fuit
apud eū mirabilis ⁊ valde diſtans a rōne via iſtius adultere
nequiſſime: ſcilicet ſynagoge. non enim Salomonis ratio de
buit aut potuit capere malicie immenſitatem. impietatis ꝓfū
ditatem: et perfidie ꝑtinacitatē: qua hec adultera verū meſſi/
am chriſtuꝫ dominū innocentem condēnaret: ⁊ barrabā ſedi
tioſum ⁊ homicidam peteret: qua etiam fatuitate ſeu inſania:
vel qua inuidia diabolica ſtimulata potuit meſſiā repellere:
cecos illuminantem: claudos curantem: mortuos reſuſcitan
tem: ⁊ innumerabilia miracula facientem: barrabaꝫ vero qui
nihil tale vnq̃ fecit ꝓ meſſia ſuſcipere. bene igitur Salomon
celſitudinem ſupradictoꝝ quattuor: ⁊ ꝓfunditatē ⁊ īmenſita
tem fatuitatis huius adultere ɔſiderās: vehementer admira
tus ſubiunxit: Sic eſt via mulieris adultere. ſic ſcꝫ admiran/
da ⁊ ad ītelligendū difficilis ⁊ vltra modū ſtupēda: que panē
tot mendaciorum comedit: ⁊ comedere taꝫ auide non deſinit:
⁊ tamen quaſi tergens os ſuū: ac ſi nihil inſanie vl' iniquitatꝭ
fuit ꝑpata: erubeſcere neſcit. vnde Hiere. iij. ei dicitur. Frons
mulieris meretricis facta eſt tibi: renuiſti erubeſcere que ⁊ ta
lia ad hec pertinentia largius ponunt̄ a ꝑdicto auctore libro
ij. di. vbi ſupra.

In eodem ca. vbi dicitur in poſtilla: Et erit in die illa om̄is
locus vbi fuerunt mille vites.

**Addi.vj.** Ad ītelligētiā huiꝰ qd̄ dr̄: Et erit in die illa
oīs locꝰ vbi fuerūt mille viteſ mille argē.⁊c̄.
Attēdēdū ꝙ ī vaſtatiōe fctā ꝑ exercitū ſennacherib: fuerūt

vinee de

vinee deciſe ĩtãtũ ꝙ nõ poterãt ab eis ĩcole habere fructũ vſ/ꝙ ad lõgũ tp̃s: ⁊ ideo dimittebanť inculte: ⁊ ſic creſcebãt in eis ſpine ⁊ vepꝛes ⁊ fere ſiluarum: q̃ in eis degebãt. Et hoc eſt qḋ dicit: Omnis locꝰ vbi fuerũt mille vites mille argẽteis .i. dato ꝙ vites fuerint ita bone: ꝙ alias valerẽt mille argẽteos tñ ex defectu culture in ſpinas ⁊ vepꝛes erũt: qua rõne cũ ſa/gittis ⁊ arcubꝰ ingredienť illuc .ſ. timoꝛe ferarũ. Et qꝛ h̃ non tm̃ erat in vineis: ſed etiã in omnibꝰ locꝭ planis terre. ideo di/cit: Vepꝛes em̃ ⁊ ſpine erũt in vniuerſa terra .ſ. plana: ſꝫ quia multi tp̃e belli relictis cãpeſtribus metu hoſtiũ ad montẽ cõ/fugerũt: ⁊ aſpera montiũ ꝓpꝛia manu excolebãt: iõ in his lo/cis montuoſis in pꝛimis refugiũ habuerũt ſeminandi bladũ et ꝓ paſcuis animaliũ: eo ꝙ illa loca alta erant ⁊ culta etiam tp̃e belli: ſic ꝙ nõ erant ſpine ibi ⁊ vepꝛes. et hoc eſt qḋ dicit: Et omnes mõtes qui in ſarculo ſarienť nõ veniet illuc terroꝛ ſpinarũ ⁊ vepꝛiũ ratione iam dicta: ⁊ erit in paſcua bouis ⁊c̃.

**Replica.** In ca. vij. cũ poſtilľ. illũ paſſum: nõ pe/tam ⁊ nõ tẽptabo dominũ ⁊c̃. exponit ſi/cut cõmuniter exponiť: Burgeñ. tanq̃ iſmael ꝯtra omẽs ex/ponit ꝙ achaç ideo petere noluit: qꝛ pꝛo certo tenuit deuꝫ iſrľ nihil poſſe. Sed illa expoſitio videť veriſimilis: nam auus ⁊ pater achaç oçias ⁊ ioathan fuerant boni cultoꝛes dei: vt ha/betur .iiij. Regũ. xv. Et achaç viginti annoꝝ erat anteq̃ pa/ter eiꝰ moꝛereť: ⁊ foꝛtaſſis viuebat adhuc oçia auus achaç q̃ fuit a dño lepꝛa ꝑcuſſus qḋ etiã achaç latere nõ potuit. Et .iiij. anno regni achaç hec recuſatio ſigni oblati facta eſt vt ptꝫ: nõ eſt igitur veriſimile ꝙ .ĩ. tam bꝛeue tempus de notitia dei ⁊ eiꝰ potentia per patrem a ꝓculdubio inſtructus: quia diciť bonꝰ iiij. Regũ. xv. potuerit tranſire ad illam certitudinẽ impotẽtie dei quã Burgeñ. dſcribit in achaç fuiſſe. Stat enim idolatrie deditos de dei bonitate potentia ⁊ auxilio diffidere ĩmo ⁊ de/ſperare ſine tali certitudine. Nõ em̃ poteſt ĩ intellectu quãtũ/cunq̃ depꝛauato talis poni certitudo ſine ratiõe manifeſta vľ auctoꝛitate: que in ꝓpoſito aſſignari nõ poſſunt. certũ enim ẽ ꝙ achaç idolatrãdo habuit affectũ depꝛauatũ: ſed nõ intelle/ctũ: qꝛ nulla ratio eũ ad idolatriã mouit: ſed ſola malicia q̃ eſt pꝛauitas volũtatis cõtra dictamẽ recte rationis. ideo diciť de ipſo .iiij. Reg. xvj. ꝙ ambulauit in vijs regũ iſrľ: q̃ q̃uis eſſẽt idolatre: hoc nõ ꝓceſſit ex rõnis pꝛauitate: ſed affectiõis: qꝛ fe/cerũt vitulos colẽdos ne ppľs iret hierľm ad cultũ veri dei: et redirent ſic ꝑ aſſuefactionẽ ad regnũ domus regiſ dauid: ꝓut habeť .iij. Reg. xij. immo ⁊ ioꝛam filius achab cuꝫ eſſet cultoꝛ idoloꝛum ſciuit tñ dñm ⁊ eius potẽtiã: quẽ tñ nõ coluit. vnde dixit heu heu heu: Cõgregauit nos dominꝰ tres reges vt tra/deret in manu moab: ꝓut diciť .iiij. Reg. iij. Modicũ igiť va/let qḋ Burgeñ. hic exponit. Sed nihil ꝓbat.

## Glo. oꝛdi.

Capitulum: VIII

Et dixit dominꝰ ⁊c̃. Sume tibi. Pꝛimũ ꝓpheta p̃dicit achaç fu/tura. poſt ipſe dñs p̃cipit vt ſi/gnũ petat: inde ad domũ dauid verba vertuntur ⁊ virgo paritura filiũ ꝓmit/titur ⁊ filius naſciturus. Quo filio in/uocato ſubuertať ſamaria: ⁊ ſyria a re/ge aſſyrioꝝ qui poſtea capiat iudeã ⁊ ĩ ſolitudinem vertat. vnde rurſum partus virgĩalis deſcribiť.

Capitulum: VIII

Sub alia figura partus virgi/nis deſcribitur.

Et dixit dominꝰ ad me. Esaia. Sume tibi librũ gran/

Velociť

## Nico. de lyra

Capitulum: VIII

Et dixit dñs ⁊c̃. Anteq̃ deſcendã ad diuiſioneꝫ huiꝰ capituli ⁊ eius expoſitionẽ ꝑ partes. pꝛimo videnduꝫ eſt quid ſit tenendum de puero de quo fit ſermo in hoc ca: cũ diciť: Et acceſſi ad ꝓphetiſſam ⁊ cõcepit filiũ ⁊c̃. ⁊ dixe/runt aliqui ꝙ iſte fuit filius eſaie de ſua vxoꝛe que vocatur h̃ ꝓphetiſſa: ⁊ hoc dictũ videť ſequi Thomas de aquino ĩ qua/dã poſtilla que ſibi attribuiť tanq̃ ex eius dictis repoꝛtata: vbi ſoluunť argumenta que ſolent fieri ad cõtrariuꝫ. Ad qḋ pꝛimo arguiť per illud qḋ diciť hic: Diciť enĩ hic: Adhibui mihi teſtes ⁊ acceſſi ad ꝓphetiſſam ⁊c̃. Eſaias aũt cũ eſſet ho/neſtus ⁊ ſanctus nullo modo induxiſſet teſtes ſui cõcubitus cũ vxoꝛe. Itẽ ꝑ hoc qḋ diciť: Adhibui mihi teſtes fideles vꝛi/am ſacerdotem ⁊c̃. Iſte enĩ vꝛias fuit idolatra: qꝛ fecit altare ad ſimilitudinẽ altaris qḋ erat in damaſco ad cultũ idoli: et ſuꝑ iſtud offerebat holocauſta ⁊ victĩas: vt habeť .iiij. Regꝭ. xvj. ⁊ ſic nõ põt ad lr̃am dici teſtis fidelis. Itẽ qꝛ ſubdiť: Et Zachariã filiũ barachie q̃ fuit in duodecim ꝓphetis vndeci/mus ⁊ nõdũ erat natus: quia ꝓphetauit tp̃e darij regis ꝑſa/rũ cuiꝰ tp̃e cõſũmatũ fuit tẽplũ: vt habeť .j. Eſdre vj. A quar/to aũt anno regni achaç: ĩ quo dicta fuit iſta ꝓphetia vľ cito poſt vſq̃ ad illud tp̃s fluxerũt anni. cclxvij. ⁊ ſic nullo mo/do tẽpoꝛe Eſaie potuit induci teſtis: ⁊ aſſumptũ declarať ſic: quia achaç regnauit. xvj. annis .iiij. Reg. xvj. ⁊ ſic a tp̃e huiꝰ ꝓphetie de regno eius remanebãt. xij. anni. Cui ſucceſſit Eçe/chias regnãs. xxix. iiij. Reg. xviij. Poſt quẽ manaſſes reg/nauit. lv. anniſ. iiij. Reg. xxj. Poſt quẽ Amon. ij. iiij. Regꝭ. xxj. Poſt quẽ ioſiaſ. xxxj. iiij. Reg. xxj. Poſt quẽ ioakim. xj. iiij. Reg. xxiij. Poſt queꝫ ſedechias. xj. iiij. Reg. xxiiij. Po/ſtea ſecutũ eſt tp̃s captiuitatis babylonice. lxx. annoꝝ ẜm cõ/munẽ cõputationẽ vſq̃ ad annũ p̃mũ Cyri: a quo etiã vſq̃ ad cõſũmationẽ tẽpli poſt reditũ captiuitatis babylonice fluxe/runt anni. xlvj. Ioh. ij. xl. ⁊ vj. annis edificatũ eſt tẽplum h̃ ⁊c̃. qui ãni ſimul iuncti faciũt numeꝝ p̃dictũ. Ex quo arguiť ꝙ nõ potuit Eſaias ip̃m adducere in teſtimoniũ. Scd̃m autẽ cõputationẽ hebꝛeoꝝ quã frẽquẽter ſecutꝰ ſũ fluxerũt paucio/res anni: ſed ꝑ h̃ nõ infringiť argumẽtũ: qꝛ ẜm bꝛeuioꝛẽ cõpu/tationẽ a tp̃e quo Eſaias dixit: Et adhibui mihi teſtes ⁊c̃. vſ/q̃ ad zachariã filiũ barachie fluxerũt. cc. ãni ⁊ plus. Nec p̃t dici ꝙ zacharias filiꝰ ioiade: q̃ Mat. xxiij. dꝛ filiꝰ barachie fu/erit ille teſtis: qꝛ ante moꝛtuꝰ erat ꝑ. c. annos ⁊ ampliꝰ: qḋ pa/tet ſic. qꝛ poſt ioas qui interfecit hũc zachariã regnauit ama/ſias fi/

ſias filiꝰ eiꝰ. xxix. an. iiij. Reg. xiiij. Et pꝰ eũ oçias. lij. an. iiij. Reg. xv. Pꝰ eũ achaç. iiij. an. ãnq̃ ioathã. xvj. an. iiij. Reg. xv. Pꝰ eũ ãnq̃ Eſaias dicẽt ꝓ/phetiã iſtã: vt dictũ ẽ. s̃. q̃ ãni ſimľ iũ/cti faciunt annos. cj. Iteꝫ arguiť ꝑ h̃ qḋ ſubdiť: Anteq̃ ſciat puer vocare patrẽ ⁊ matrẽ auferet foꝛtitudo Da/maſci ⁊ ſpolia ſamarie ⁊c̃. que ſpolia/tio facta fuit. vj. anno Eçechie vt dictũ eſt ca. p̃ce. Et ſic puer natus tũc habuit. xviij. annos ad minꝰ. xij. de regno achaç vt p̃dictũ eſt: ⁊ vj. de regno Eçechie. Puer aũt ſcit vocare patreꝫ ⁊ matrẽ anteq̃ habeat tot annos: ⁊ ſic nõ eſſet veꝝ qḋ dꝛ: An/teq̃ ſciat puer vocare patrẽ ⁊ matrẽ ⁊c̃. Igiť ꝓpter iſta tenent doctoꝛes catholici cõiter ꝙ illud qḋ diciť in hoc ca. de puero p̃dicto nõ ſit intelligendũ ad lr̃am de filio Eſaie. Sed h̃ ſoluit Tho. ſic. Ad pꝛimũ dicit ꝙ inductio teſtiũ nõ fuit ad vidẽduꝫ cõcubitũ Eſaie: ſed ſcripturã eiꝰ: qꝛ dictũ fuit ſibi a dño: Su/me tibi librũ grandẽ ⁊ ſcribe in eo ⁊c̃. Ad ſcd̃m dic̃ ꝙ vꝛias ſa/cerdos fuit teſtis fidelis nõ rõne vite: ſed officij dignitate. ⁊ qꝛ a rege achaç fidelis reputabať: qꝛ ſilr̃ erat idolatra. Ad tertiũ dicit ꝙ iſte çacharias neuter fuit illoꝝ q̃ allegati ſũt: ſed aliꝰ il/liꝰ tp̃is q̃ ſic nominabať. Cuius rõ potuit eſſe duplex. vt dicit: Una qꝛ fuit de genere zacharie ꝓphete: quẽ interfecit ioas rex iuda: vt habeť .ij. Paraľ. xxiiij. q̃ diciť filiꝰ barachie: Mat. xxiij. ⁊ ſic iſte q̃ fuit tp̃e achaç fuit nominatꝰ eodẽ noĩe: qꝛ con/ſuetudo fuit apud hebꝛeos noĩbꝰ eoꝝ q̃ fuerãt autẽtici in illo genere pueros nominare. Alia qꝛ iſte zacharias fuit ſimiľ ĩ ſã/ctitate ⁊ auctoꝛitate illi quẽ interfecit ioas. ⁊ ſic appellatꝰ ẽ no/mine illius: q̃uis habuerit aliud nomẽ ꝓpꝛiũ: ſicut ĩ euãgelio Iohãnes baptiſta vocať helias ꝓpter ſimilitudinẽ officij: qꝛ Iohes p̃uenit xp̃i pꝛimũ aduẽtũ: ſicut helias p̃ueniet ſecũdũ. Ad quartũ dicit ꝙ iſta ſpoliatio ſamarie de qua hic agiť: non fuit illa que facta fuit. ix. anno Oſee: ⁊ vj. Eçeclie: ſed illa q̃ fa/cta fuit ꝑ theglathphalaſſar q̃ p̃ceſſit illaꝫ: qꝛ fuit facta ĩ diebꝰ phacee: ẜm ꝙ dꝛ. iiij. Reg. xv. In diebꝰ phacee regis iſrael ve/nit theglathphataſſar rex aſſur ⁊ cepit ahion ⁊c̃. ⁊ hoc fuit ãte q̃ puer natus ſciret vocare patrẽ ⁊ matrẽ. Hoc dictũ videť ni/mis fauere erroꝛi hebꝛeoꝝ: q̃ dicũt ꝙ in iſtis tribꝰ ca. ſ. vij. viij. ⁊ ix. nõ fit mẽtio de xp̃o. Ad excludendũ vero hãc falſitatẽ. et ad declarãdũ veritatẽ pꝛimo ponẽda eſt h̃ trãſlatio chaldaica que apud hebꝛeos dꝛ thargũ: ⁊ eſt tãte auctoꝛitatꝭ apḋ eos ꝙ nullus fuit ei auſus ꝯtradiçere. eſt etiã in paſſibꝰ obſcuris: q̃/lis eſt iſte. delaratiua veritatis hebꝛaice. Sciendũ igiť ꝙ vbi nos habemꝰ hic: Et adhibui mihi teſtes fi. vꝛiã ſacerdotẽ: ⁊ za/chariã filiũ barachie: ⁊ acceſſi ad ꝓphetiſſã ⁊c̃. Illa trãſlatio ſic habet: Et cõteſtatꝰ ſũ ex ꝑte mea teſtificatiões malas q̃s di/xi venturas in ꝓphetia vꝛie ſacerdotis: Ecce futurũ eſt quoq̃ ſic oẽm cõſolationẽ quã dixi venturã in ꝓphetia zacharie fi/lij barachie ego adducturꝰ ſũ. ⁊ acceſſi ad ꝓphetiſſã ⁊ ꝯcepit ⁊c̃. Ex iſta trãſlatiõe patet ꝙ nõ eſt verbũ Eſaie: cũ ĩ ꝓphetijs iſtoꝝ duoꝝ teſtiũ nihil dixẽit vľ fecerit: nec ĩ ĩpletiõe eaꝝ: ẜ ip̃e deꝰ q̃ illuſtrãdo mẽteſ ꝓphas ꝯſtituit: ⁊ p̃dctã ab eiſ ĩpleri fecꝛ

ꝑ ꝯñs

a Velociter ſpo.hoc ē nomē pueri.quaſi ne patiaris vltra di abolū regnare. Et nō angelos:nō ꝓphetas mitte:ſꝫ ipē deſcē/ de. b Uriam ⁊c̄. Urias lux dn̄i. Zacharias.memoria dn̄i. Barachias benedictio dn̄i:his teſtib⁹ natiuitas dn̄i cōproba/ Luc.24.b tur. Unde duobus teſtib⁹ eūtib⁹ in emaus incipiēs a moyſe et ꝓphetis que de ſe dicta erāt diſſeruit.

c Ad ꝓphetiſſam. Ad ſpūmſctm̄ a q̄ om̄is ꝓphetia:q̄ grece neutri gener̄:pneuma: hebraice feminini:rua:latīe maſculini generis eſt. ⁊ ideo diuerſis poſitionib⁹ ſortit̄ :nulli⁹ eſt eni. Uel ad mariā quā ꝓphetiſſaꝫ fuiſſe nemo Tropo. dubitat. d Et cōcepit ⁊c̄. Tropologice. In aīa virgīe nec polluta ſorde: de ſpūſancto ſmo dei cōceptus: demones ſpoliat ⁊ ſibi facit ſeruire vniuer/ ſa. Et cū ex parte videat ⁊ ꝓphetet:anteq̄ ſit pfectus ⁊ merito deū patrem ⁊ matrē ſuā vocat hierl̄m celeſtē:infan/ tia vincit damaſci fortitudinē.i.ſapiē tiā ſecularē:⁊ aufert ſpolia ſamarie q̄/ buſ heretici eccleſiā ſpoliant.dicētes: 3.Re.12.d Non eſt nobis pars ī dauid ⁊c̄. Pre/ ſente rege aſſyrioꝝ diabolo qui nō po teſt eis auxiliari:tales filios ⁊ virgo maria ⁊ ſancte mulieres generāt.ſara. i.princeps:⁊ rebecca.i.patientia:vxores patriarchaꝝ. Puer

a ſ grādia ſignantē. b ſ ne publice pdices ar/ canum noue natiuitatis. c ſ more hominū:ꝙ ſcꝫ intelligi poſſit. d ſ verba patris ad filium.

a dēm: ⁊ ſcribe ī eo ſtilo hoīs: Ve/ a b

ſ captiuam reduc captiuitatem. a ſ homies. b ſ a diabolo. c ſ idem eſt.

locit̃ ſpolia detrahe: cito preda/

a ſ ego Eſaias. b ſ huius rei.

re. Et adhibui mihi teſtes fide/ c

a ſ lux dn̄i. b ſ propter doctrinā legis. ſ labia ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā. c ſ memoriā dn̄i. ſ quem ꝓphera fuiſſe conſtat.

b les: vriam ſacerdotē: ⁊ çachariā

a ſ benedictio domini. b ſ dignū accedendi me feci. c ſ que propherauit dicēs: Magnificat anima mea dominum.

c filium barachie: ⁊ acceſſi ad pro/ d

a ſ id eſt concipere fecit.vnde: Spirituſſanct⁹ ſuperueniet in te: et virtus: et quod concepit de ſpirituſancto.

d phetiſſam: et concepit ⁊ peperit filiū. Et dixit dominus ad me: e

## Nico.de lyra

per oppoſitum illud qd̄ loco illi⁹ habem⁹: Et adhibui mihi teſtes fideles. Uriā ⁊c̄. Nō ē verbū Eſaie teſtes ad ſcripturā ſuā:ſeu cōcubitū inducē tis:ſed magis ipſius dei introducentis dictos ꝓphetas ad p̄/ nunciādū iſtud qd̄ p̄ordinauit futurū:⁊ p oppoſitum illud qd̄ ſubdi tur in eadē ſerie. Et acceſſi ad ꝓphetiſſā ⁊c̄.nō eſt verbū Eſaie ad ſuā vxorē carnaliter accedētis:ſed ipſius dei: q̄ ſicut ꝓphe tas illuſtrādo teſtes ſuos ꝯſtituit:ita ſua gr̄a virginē fecūda/ uit.vt patet Luc̄.j. Scd̄o ex thargū p̄dicto ptꝫ ꝙ vriaſ q̄ hic te ſtis inducit̄:nō eſt ille vrias ſacerdos q̄ fuit tp̄e achaç: q2 ipſe fuit peſſimus idolatra. Iſte aūt h̄ dr̄ dn̄i ꝓpha. ⁊ h̄ ꝯcedit Ra. Sa.ſup locū iſtū.d.ꝙ iſte vrias q̄ hic teſtis inducit̄ fuit vrias fili⁹ Semei:q̄ ꝓphetauit in nomīe dn̄i tp̄e Ioakim filij Ioſie: vt habet̄ Hiere.xxvj. Dicit etiā ꝙ Zacharias q̄ inducit̄ h̄ te/ ſtis ſcd̄s: fuit ille q̄ in duodecī ꝓphetis eſt vndecim⁹.de quoꝝ teſtimonijs poſtea dicet̄. Sed ex dictis ſequit̄ ꝙ iſta inductio teſtiū nō eſt corporalis:nec in p̄ſenti facta:ſed ſpūalis ⁊ de fu/ turo in longinquuꝫ: q2 a quarto anno regni achaç ī q̄ Eſaias dixit illa que ponūt̄ in hoc ca. ⁊ p̄ce. vt ſupra dictū eſt vſq3 ad principiū regni ioakim ſub quo vrias ꝓphetauit:vt predictuꝫ eſt.fluxerunt anni.cxxix. vt pōt videri p tp̄a regū ſuprapoſito rū in hoc ca. ⁊ multo plures fluxerūt vſq3 ad tp̄s ſecūdi teſtis. ſ. Zacharie filij Barachie.ſ.anni.cclxvij.ſm cōmunē cōputa/ tionem:⁊ ſm breuiorē.cc.anni ⁊ plus: vt ſupra declaratū eſt:⁊ p oppoſitum cū teſtes debeāt rn̄dere rei teſtificate:acceſſus ad ꝓphe tiſſam nō fuit corporalis nec de p̄ſenti ſed ſpūalis ⁊ de futuro in longinquū.ſm ꝙ habet̄ Luc̄.j. Spūſſctūs ſupueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Qz aūt beata virgo maria ꝓphetiſſa fuerit:patet Luc̄.j.vbi ꝓphetabit de ſua veneratiōe futura.d. Beatā me dicēt oēs generatiōes.q2 de omnib⁹ gen/ tib⁹ ſunt aliqui xp̄iani dicēteſ eā beatā:⁊ nō ſolū a chriſtianis dicit̄ beata:ſed etiā a ſaracenis. Scriptū eſt enim in alchora/ no machometi: Dixerūt angeli: O maria vtiq3 de⁹ elegit te: vt purificaret te:⁊ elegit te clarā ſup mulieres ſeculorū. Itē ibi/ dem: Dixerunt angeli: O maria de⁹ annūciet tibi verbum ex ipſo:nomē ei⁹ ieſus fili⁹ marie:⁊ erit honorabil̄ in h̄ ſcl̄o ⁊ ī fu turo. Itē ibidē: Dixit ip̄a.de⁹ me⁹ quō erit mihi fili⁹:⁊ n̄ teti/ git me hō: Cixit:ſic̄ de⁹ creat qd̄ vult:cū decreuit vtiq3 acq̄ra/ tur.dic̄ eni:eſto ⁊ erit. ⁊ h̄ mō dixit gabriel Marie Luc̄.j. Nō erit īpoſſibile apud deū om̄e verbū. Itē in eodē cātico ꝓpheta uit maria de futura reprobatiōe iudeoꝝ:⁊ vocatiōe gētiuꝫ.d. Depoſuit potētes de ſede:⁊ exaltauit humiles:⁊ ſic patet eam fuiſſe ꝓphetiſſam. Nūc videnda ſūt teſtimonia teſtiū ſupra in/ ductoꝝ:⁊ q2 ꝓphetiā vrie non habem⁹ ſcriptā explicite:ſicut nec de multis alijs prophetis:vt patet ex decurſu libri Regū. ideo recurrendū eſt ad illud qd̄ de eo dicit̄ Hiere.xxvj. Fuit quoq3 vir prophetans in nomīe dn̄i Uias filius Semei:⁊ ꝓ/ phetauit aduerſus ciuitatem iſtam: ⁊ aduerſus terram hanc iuxta vniuerſa verba Hieremie. Ex quo habet̄ ꝙ ꝓphetauit deſtructionē ciuitatis hierl̄m ⁊ iudee p chaldeos futurā:ſic̄ ⁊ Hiere. ⁊ hoc ē qd̄ dr̄ in trāſlatiōe chaldaica ſupra poſita. ⁊ cō teſtat⁹ ſū ex pte mea teſtificatiōes malas: quas dixi vēturas in ꝓphetia vrie ſacerdotis. ꝓphetiā aūt Zacharie filij bara/ chie habemus in libro duodecim ꝓ/ phetarū in quo Zacharie.ix.dicitur: Exulta ſatis filia ſion:iubila filia hie/ ruſalēꝫ: Ecce rex tuus venit tibi iuſtus ⁊ ſaluator:ipē paup ⁊ aſcēdēs ſup aſi/ nā ⁊c̄.qd̄ intelligit̄ de xp̄o etiā ſm he/ breos: vt pleni⁹ oſtendet̄ qn̄ ad locum illū deuenerim⁹ dn̄o cōcedēte:⁊ h̄ ē qd̄ dicit̄ in trāſlatiōe chaldaica ſupra al/ legata: Ecce futurū eſt quoq3 omnē cō ſolationē quā dixi venturā in prophe tia çacharie filij barachie ego addu/ cturus ſū:que cōſolatio implēda dici/ tur ī aduētu meſſie:ab ipſo çacharia. vt dictū eſt.ideo ſtatiꝫ ſubditur de ad uentu eius in mundū. Et acceſſi ad ꝓ/ phetiſſimam.i.beatā virginē ⁊ ꝯcepit ⁊ peperit filium. Et ex dictis patet ꝙ ī pletio ꝓphetie vrie de deſtructione ci/ uitatis fuit certū ſignū de impletione ꝓphetie çacharie futura pro chriſti ad uētu. His igit̄ p̄dictis patet ꝙ ſolu/ tiones Thome ad ratiōes ſupra indu/ ctas ad probādū ꝙ lr̄a hui⁹ ca.nō poſ ſet niſi d̄ filio Eſaie intelligi nō valēt: quia falſū aſſumūt.diſcurrendū tn̄ eſt per ſingulas ad maiorē declarationeꝫ veritat̄. Cū ei dr̄ ī p̄ma ꝙ teſtes fuerūt īducti ad vidēdū ſcriptu rā:ptꝫ fl̄m:q2 nōdū erāt nati:nec fuerūt vſq3 ad tp̄s p⁹ valde lō gū. Itē ſi fuiſſent p̄ntes adhuc nō valeret:q2 poſtq̄ dixerat: Adhibui mihi teſtes vriā ⁊c̄.nō dixit ⁊ ſcripſi:ſꝫ acceſſi ad ꝓ/ phetiſſā ⁊c̄. Silr̄ cū dr̄ ī ſcd̄a ꝙ vrias fuit teſtis fidel̄ rōne of/ ficij ⁊ reputatiōis regis:q2 ille vrias nō pōit̄ hic teſtis: vt ptꝫ p p̄dicta:⁊ ſic falſū aſſumit:nec fidelitas quā allegat eſt ſcd̄m veritatē ſꝫ ſm falſā hoīm eſtimationē:q̄ a ꝓphetis ſctīs nō re putat̄. Qz ſilr̄ in tertia dr̄ tp̄e achaç fuiſſe quēdā ꝓphetā no mine zachariā filiū barachie videt̄ ficticiū:q2 de ſcripturis n̄ habꝫ auctoritatē. ⁊ iō eadē facilitate ꝯtēnit̄ q̄ ꝓbat̄:⁊ dato ꝙ talis tūc fuiſſet:tn̄ nō fuit ille q̄ hic teſtis īducit̄: vt ptꝫ p p̄/ dicta. Silr̄ ꝙ ī q̄rta dr̄ Theglathphalaſſar ſpoliaſſe ſamariā. ad qd̄ ꝓbandū allegat̄.xv.ca.iiij. Reg.ex eodē loco apparet falſitas hui⁹ dicti:q2 ibidē dr̄ ꝙ cepit aliq̄s ciuitates in extre mitatibus regni iſrl̄ exiſtētes:ſed ad ſamariā q̄ erat metropo polis nō acceſſit:nec p oppoſitum ſpoliauit. His p̄libat̄ ad expoſi/ tionē hui⁹ ca.accedam⁹:in quo vt ſupra dictū eſt denūciatur xp̄i reſurrectio futura ad ſpoliationē inferni p̄ncipalit̄:⁊ per oppoſitum ad ſignificandū tanq̄ p ſignū rememoratiuū ſpoliatio/ nē duoꝝ regū.ſ.iſrl̄ ⁊ ſyrie. ⁊ diuidit̄ in duaſ ptes:q2 p̄mo po nit̄ denūciatio ſigni.ſcd̄o occultatio myſterij.ibi: Liga teſti/ moniū. Prima adhuc in duas:q2 primo ponit̄ ſigni denūcia tio.ſcd̄o ad ꝓpoſitū applicatio.ibi: Et dixit. Circa primuꝫ dic̄ Eſaiaſ: Et dixit dn̄s ⁊c̄. In hebreo habet̄ rotulū grandē: q̄ dr̄ grādis:q2 ibi ſcribēdū erat myſteriū xp̄i reſurgētis: qd̄ eſt maxim. a Et ſcribe in eo ⁊c̄.i.clare ⁊ plane: ita ꝙ q̄libet hō etiā parū litterat⁹ poſſit legere ⁊ intelligere. vn̄ ⁊ in trāſla tione chaldaica habet̄: Scribe in eo expoſite. Sciendū tn̄ ꝙ hoc nō intelligit̄ q̄tū ad myſteriū reſurrectiōis xp̄i: q2 q̄tū ad hoc ponitur hic: Breuiter ⁊ çelate:ſed non q̄tum ad cap/ tiuationem et ſpoliationem regum iſrael ⁊ ſyrie:que clare et lucide ponuntur.ī.eodem ca.ſicut enim dictū ē ca.preceden/ ti.hoc decens fuit vt regi achaç incredulo daretur ſignuꝫ cu ius non intelligeret principale intentū:⁊ tamen cū hoc ex dei liberalitate pcipet d̄ ꝓpinq̄ liberatiōis ſue effectū:q2 ſecreta fi dei īcredul̄ ſūt celāda. vn̄ dic̄ ſaluator Matth.vij. Nolite ſā dare canib⁹. b Velocit̄ ſpolia de.iſtd̄ cōuēit xp̄o reſurgēti qui tunc celeriter ſpoliauit infernū. ⁊ in hoc fuit ſignū reme/ moratiuum ſpoliationis duorum regum:⁊ econuerſo hec ſpo liatio fuit ſignum pronoſticum ſpoliationis fiende p xp̄m.

c Et adhibui mihi teſtes fideles. verbū ē ip̄i⁹ dei vt p̄dictū eſt. ⁊ de fidelitate ⁊ teſtimonijs ipſorum teſtiū dictū ē. d Et acceſſi ad ꝓphetiſſā.i.virginē mariā: vt predictū eſt.

e Et dixit domin⁹ ⁊c̄. Hic cōſequēter ponit̄ ſigni adaptatio. ⁊ ſecundo ſubditur ratio dicti.ibi: Et adiecit. Circa p̄mū dr̄:

Uoca

## Glo. ordi.

a Puer. Aug[9]. de quo dicitur priuſquã ſciat puer bonũ aut malũ: cõtẽpnet maliciã. Hec duo aliter ⁊ aliter ſciuntur: per prudentiã boni: ⁊ aliter ꝑ experientiã mali. Per prudentiã boni malum ſcitur: ⁊ nõ ſentitur. Tenet enim bonũ: ne ſentiatur malũ. Per experientiam mali ſcitur bonum. Qui enim amiſerit ſẽtit cui amiſſo bono male fuerit. Puer ergo anteq̃ ſciret ꝑ experientiã bonũ quo careret: aut malum qđ amiſſo bono ſentiret: cõtẽpſit malũ vt eligeret bonũ. idẽ noluit amittere quod habebat: nec ſentiri amittendo qđ amittere nõ debebat.

B

Allego. Allego. Aquas ſyloe In q̃b[9] ſe cecus lauit ⁊ vidit. Quia aliter nõ ſanatur cecitas iudeorũ: niſi doctrina xp̃i q̃ ſine ſtrepitu ⁊ clamore leuiter fluit.

Anago. Anagogi. Hereticꝰ q̃ iũgit ſibi auxiliũ ſapientie ſclarꝰ: ⁊ hieruſalẽ. i. eccliã vult oppugnare: relinq̃t aquas ſyloe: qui interp̃tatur miſſus: ⁊ q̃ ſalit in vitã eternã. ⁊ traditur principi aſſyriorũ. id eſt diabolo: ducẽdus in ꝓfundũ peccatorũ. hic enim

Mat. 4. b auſus eſt dicere: Hec omnia tibi dabo: ſi cadẽs adoraueris me. iudã quoq̃. i. domũ confeſſionis conatur intrare: ⁊ ꝑ negligẽtes vſq̃ ad collũ venit: credẽtes in chriſto cupiẽs ſuffocare. ſed nõ põt: q2 iudas habet ſecũ preſentem emanuel. b Aquas flumis.

2. Pa. 32. a Exercitũ ſennacherib cuius potẽtia occupans terram ſamarie ĩundatiõi fluminis comparatur.

c Congregamini. Quaſi contra emanuel nihil poteſtis. hoc etiã omnis terra procul cognoſcat.

Congregamini ⁊c. hoc teſtimonio contra perſecutores abutimur: q̃uis enim fortes eſſe: ⁊ nos in lapſis ſupare videantur: vincũtur tñ in his qui ꝑ xp̃o ſanguinẽ fuderunt: ⁊ poſt bella pax eccleſijs redditur: ⁊ oĩa conſilia cõtra emanuel diſſipãtur. Contra dicentes quo

C q̃ veritati vtiliter audiũt: quia tandem ratione ſuperantur: et ne velint in mendacio vĩcere: quia peruerſitas nõ põt rectũ ſuperare. d Ne dicatis. quaſi non timeatis: duorũ regum aduerſus iudã cõiurationem. Coniuratio eſt ꝯſenſus multorũ in malũ.

e Ne timeatis neq̃ pauea. tu ⁊ q̃ tecũ ſũt populi:

Eccli. 1. b quia videntur timẽdi: q2 p̃n-

Ps. 110. cipiũ ſapiẽ timor dñi.

In la.

## Eſaie Ca. VIII

a ſ O eſaia. b ſ pueri. c ſ aſcẽdẽs in altũ captiuã duxit captiuitatem.

Voca nomẽ eius: accelera: ſpõ- a b

a ſ infernũ. b ſ necdũ natꝰ ppl'm ſuũ ſola inuocatione ſaluabit. ſ anteq̃ homo fiat.

lia detrahe: feſtina p̃dari: q2 anteq̃ c

a ſ ẽm hũanitatẽ. b ſ deũ. ſ vl' ioſeph putatiue

a q̃ ſciat puer vocare patrẽ ſuũ ⁊

a ſ mariam. b ſ a teglathphalaſſar.

matrem ſuam: auferetur fortitu- d

a ſ per regẽ aſſyriorũ ſalmanaſar. ſ.

do damaſci: ⁊ ſpoliã ſamarie co- e

a ſ aſſyrius dirigens vel elatus.

ram rege aſſyriorum. Et adiecit f

dominus loqui ad me adhuc di-

a ſ tranſlatiue. b ſ decem tribus.

cẽs: Pro eo q̃ abiecit populus g

a ſ que ꝑ horas ebulliunt. ſ reges de iuda q̃ quiete et legitime regnabant.

iſte aquas ſyloe que vadũt cum h

a ſ regem ſyrie.

ſilẽtio: ⁊ aſſumpſit magis raſin i

a ſ phace regem iſrael.

⁊ filium romelię: propter hoc ec- k l

ce adducet dominus ſuper eos

a ſ exercitũ ſennacherib. b ſ aſſyrij c ſ impetuoſi et diuturni.

b aquas fluminis fortes ⁊ multas:

ſ ſcz. a ſ quaſi nõ ſeruiũt regibus quos elegerunt: ſed ſeruiunt aſſyrio.

regem aſſyriorum ⁊ omnem glo- m

a ſ principes q̃ hoſtibꝰ reſiſtere debuerant.

riã eius: Et aſcendet ſuper om- n

a ſ ſamarie.

nes riuos eiꝰ: ⁊ fluet ſuꝑ vniuer-

ſ terras.

ſas ripas eiꝰ: et ibit per iudã in- o

ſ q2 nõ tũc capiet eũ. ſ vicinã ſignificat captiuitatẽ. ſ ſuffocationem.

undans: ⁊ tranſiens, vſq̃ ad col- p

a ſ vſq̃ a deo ſe extendit. b ſ principum.

lum veniet. Et erit extenſio ala- q

rum eius implens latitudinem r

a ſ iudee. b ſ irriſio eſt. ſ ſarcoſmos.

c terrę tuę o emanuel. Cõgregami- s t

a ſ ſyrie vel ſamarie. b ſ cognoſcite. ſ nõ modo ſyria ⁊ ſamaria. c ſ non ſolũ vicine

populi ⁊ vicemĩ: ⁊ audite vniuer- v

a ſ q̃uis multi. q̃uis fortes: q̃uiſ accicti: tñ vi

ſe ꝓcul terrę. Cõfortami ⁊ vince- x y

cemini. a ſ vñ ſupra aſcẽdamus ad iudam ⁊c.

mini: accigite vos ⁊ vicemĩ. Ini- z a b

a ſ ab emanuel. b ſ ponamꝰ. ſ. regẽ filiũ tabeel

te cõſiliũ ⁊ diſſipabitur. Loq̃mini c

a ſ interp̃tatio emanuel. b ſ contra quem nihil poteſtis facere. ſ predicta.

verbũ ⁊ ñ fiet: q2 nobiſcũ deꝰ. Hec d e

eniȝ ait dominus ad me. Sicut

a ſ ope et virtute. b ſ eſaiã. ſ brũs vir q̃ nõ abijt in conſi. c ſ ad hoc ſcz erudiuit me.

i forti manu erudiuit me: ne irẽ f

a ſ praua. b ſ nequã. ſ dñs dico dicẽs mihi et alijs ꝓphetis. ſ als nõ.

d in viã populi huius dicens: Ne g h

a ſ eſt timenda. b ſ ſed hoc magis cõſiderate: omnia enim.

dicatis: ꝯiuratio. Omnia enim i

a ſ iuda. b ſ cõtra me.

quę loquitur populus iſte: cõiu- k

a ſ populi. b ſ tu et qui tecũ ſunt ppl'i: q2 videntur timendi.

e ratio eſt: ⁊ timore eiꝰ ne timeatis. l m

## Nico. de lyra

a Voca nomẽ eiꝰ. ſ. pueri nati. loquitur tñ h̄ ſcriptura de futuro ꝑ modũ p̃teriti: ꝓpter certitudinẽ ꝓphetie: vt frequẽter ſupra dictũ eſt. b Accelera: ſpolia detrahe ⁊c. q2 hec ꝓprietas cõpetit xp̃o: vt dictuȝ eſt. c Quia anteq̃ ſciat puer vocare ⁊c. ſ. ſciẽtia creata: vt dictũ eſt ca. p̃ce. vñ idẽ ẽ ac ſi diceret: Anteq̃ fiat hõ. d Auferetur fortitudo damaſci. q̃ eſt ciuitas metropolis in regno ſyrie.

e Et ſpolia ſamarie ⁊c. qui cito poſt interfecit raſin regẽ ſyrie: ⁊ poſtea cepit Oſee regẽ iſrl' ⁊ ſamariam: vt dictũ eſt ca. p̃ce. f Et adiecit. Hic cõſeq̃nter ponitur ratio dicti: videlicet quare regnũ iſrl' fuit ita vaſtatũ. ⁊ p̃mo ponitur deſtructiõis rõ. ſcđo regni iude afflictio q̃ſi ꝑ quãdã redũdãtiaȝ: q2 erat ĩmediate cõiunctũ regno iſrl'. ibi: Et ibit. tertio vtil' monitio. ibi: Hec enĩ. Ratio vero vaſtatiõis regni iſrl' fuit: q2 receſſerat a regno iude: ⁊ a dei cultu: colendo vitulos aureos: ⁊ ꝯfidẽdo ĩ regibꝰ idolatris. ſ. ſyrie: ⁊ hoc eſt qđ dicitur: g Pro eo q̃ abiecit ppl's iſte. i. ppl's iſrl'. h Aquas ſiloe ⁊c. i. regimẽ regni iuda. ⁊ dei cultũ que erat magis in quiete et manſuetudine. maxime tꝑe regũ bonorũ: vt dauid Salomonis ⁊ ſimiliũ. i Et aſſumpſit magis raſin. regẽ ſyrie. k Et filiũ romelie. de ꝓtectione eorũ magis ꝯfidendo q̃ de deo. l Propter h̄ ecce dñs ⁊c. i. aduerſarios cũ fortitudĩe ⁊ ĩpetu venientes: ꝓpter hoc ſubditur exponẽdo: m Regẽ aſſyriorũ ⁊c. i. potentiã exercituũ eiꝰ. n Et aſcẽdet ſuꝑ omneſ riuos eius ⁊c. i. deſtruet totũ regnũ iſrael: ſicut inundãtia aquarũ deſtruit oĩa q̃ inuenit.

o Et ibit. hic ꝯñr ponitur regni iude afflictio ꝑ redundantiã. cũ dicitur: Et ibit ꝑ iudã inundãs: quia exercitus aſſyriorũ q̃ deſtruxit ſamariã in regno iude: multa vaſtauit quaſi ꝑ quandã redundantiã.

p Et trãſiẽs vſq̃ ⁊c. i. intãtũ affliget regnũ iuda. q̃ vix poterit ſuſtinere: qđ factũ fuit tꝑe Ezechie vt dictũ ẽ ca. p̃ce. q Et erit ⁊c. i. exercituũ eiꝰ: quia ad l'ram cohortes pugnatorũ vocãtur ale. r Implẽs latitudinẽ terre tue. i. iudee quaȝ aſſyrij vaſtauerũt. s O emanuel. i. xp̃e: vt dictũ eſt ca. p̃ce. cuius dicitur illa terra ſpecialiter: q2 ibi fuit natꝰ: cõuerſatus ⁊ paſſus. ſed q2 ſennacherib rex aſſyriorũ cũ ſuo exercitu fuit diuinitus debellatꝰ: vt dictũ ẽ. ideo ſubditur: t Congregamini ppl'i ⁊c. q2 ſennacherib populos multos adduxit ſecũ: qui fuerũt deuicti ꝑ angelũ. v Et audite vniuerſe ⁊c. Iſtud enĩ factũ tanq̃ valde mirabile fuit diuulgatũ valde longe. x Confortamini. cõfidentes in virtute veſtra. i. confortabimini. quia ꝓpheta non induxit eos ad p̃ſumptionẽ de ſua virtute: ſed eam predixit futuram. y Et vincemini. virtute diuina. z Accingite vos. ad vincendũ ẽm eſtimationem veſtram. a Et vincemini. ẽm veritatem. b Inite conſilium. de captione hieruſalem. c Et diſſipabitur. ſcilicet conſilium veſtrũ a deo. cuius cauſa ſubditur:

d Quia nobiſcum deus. in adiutorium noſtrum vos debellans per angelum ſuum.

e Hec enim. hic conſequenter ponitur vtilis monitio. videlicet q̃ populus iude non timeat ab humana perſecutiõe: ſed ſolum deum. ⁊ hoc eſt quod dicitur: Hec enim ait dominus ad me ⁊c. id eſt oſtẽdit mihi fortitudinẽ ſuam qua poteſt protegere omnem hominem in ſe confidentem.

f Ne irem in via ⁊c. id eſt timendo aduentũ duorum regum. ſic populus regni iude timuit valde: ſicut dictũ eſt ca. p̃ce. de achaz ⁊ ppl'o eiꝰ. Et cõmotũ eſt cor eius: ⁊ cor populi eius: ſicut mouentur ligna a facie venti. g Dicens. ſ. dñs. h Ne dicatis. coniuratio. i. non timeatis a coniuratiõe regũ iſrl' ⁊ ſyrie contra vos. i Omnia enim ⁊c. id eſt populus iude. k Coniuratio eſt. i. multum loquitur de coniuratione duorum regum contra ſe. ſicut homines multum timentes de periculo aliquo ſuꝑ ſe venturo. quaſi continue loquuntur de ipſo. ⁊ q2 iſte timor erat malꝰ. ideo ſubditur: l Et timore eius. id ẽ illius coniurationis. m Ne timeatis. ſ quid ſit timendũ oſtenditur cũ ſubditur:

Dñm

¶ a In lapidẽ. Quez
Ps.117. reprobauerũt.e.h.f.
ẽ in c.a. Ex h loco ſu
mit apl's teſtimoniũ
1.Cor.1.d q iudeis fact⁹ ſit ſcã
dalum. gentib⁹ autẽ
ſtulticia: ipſis aũt ꝛc.
b Duab⁹ domib⁹.
Uel in duabus fami
lijs: ſamai.ſ.ꝛ elles:
ex qbus ſcribe ꝛ pha
riſei. di duo nõ mlto
prius q̃ dñs nati ſũt
in iudea. Horũ ſcho/
laz ſuſcepit Achibã
quẽ magiſtruz Aqle
pſelyti autumãt. de
inõ Achir cui ſucceſ
ſit Johãna filius ça
chei: et poſt euz Elie/
çer: et p ordinem tel/
phor et ioſeph galile
us: et vſq ad captiui
tatem hieruſalez Jo
ſue. Samai: diſſipa/
tor. elles pphanus.
quia p traditiões ſu
as legis pcepta diſſi
pauerunt et macula/
uerunt c Signa le
gez. Quaſi. aperi eã
domine diſcipul' me/
is.i.apoſtolis ꝛ apo
Dat.11.b ſtolicis viris. Ul: lex
et prophete vſq ad
iohannẽ ligati ſunt:
vt legant ꝛ nõ intelli
gant. Pro diſcipulis
ei iuxta hebraici ſer/
monis ambiguitatẽ
poſſumus etiam do/
ctrinas intelligere.
Joh.1.b d Pueri m. Qui
nõ ex voluntate car/
nis: ſed ex deo nati
Gal.4.c ſunt. Filioli mei qs
iterũ parturio.d.f.x.
ĩ vobis. Alij pro/
phete: ꝛ eoꝝ diſcipu/
li. Legũt hoc quidã
de duob⁹ filijs eſaie:
quos genuit de pro/
phetiſſa: ſed falſo.
Paulus in epiſto
la ad hebreos (licet
eam inter canonicas
ſcripturas non reci/
piat latina conſuetu
do) hoc teſtimoniuz
ex perſona ſaluatoris
Heb.2.c ponit. Ecce ego ꝛ pu
eri mei.i. apoſtoli q
in portentum ſecula/
ris ſapientie: ꝛ ſuper
bie iudeoꝛuz fuerũt.
Stulta enim et infir
ma elegit de⁹: vt for/
tia et ſapientia con/
funderet. e Non
erit eis m. Hoc eſt ſi
populus noluerit ve
ritatem a dño quere
re: non habebit lu/
men veritatis quam
negligit. f Regi
ſuo. Diabolo: et pa/
ternis traditionibus
.i.antiqs erroꝛib⁹.
¶ Primo

a ¶ ſed timete dominum e.
neq paueatis. Dominum ex/ a
¶ ꝛ ¶ in vobis. a ¶ ſit. ¶ dñs. ¶ bea
ercituum ipſum ſanctificate: ipẽ b
tus vir q tiet d. a ¶ corpe. b ¶ mẽte.
pauoꝛ veſter: et ipẽ terroꝛ vr̃: et c
¶ ita. ¶ fidelibus. ¶ ſed erit.
a erit vobis ĩ ſanctificationẽ: in la d e
pidẽ autẽ offenſionis et petram
¶ duabus.ſ.et.x.tribus. ¶ infidelibus.
b ſcandali duab⁹ domibus iſrael.
a ¶ qui chriſtũ nõ receperunt.
Et in laqueũ ꝛ in ruinã habitan f
¶ precipue. a ¶ in lapidẽ. ¶ p infidelitatẽ.
tibus hieruſalem. Et offendent g
¶ a ¶ nõ oẽs: qꝛ relique ſalue fient. b ¶ ruina
eterna. c ¶ gladio ꝛ fame.
ex eis plurimi: ꝛ cadent ꝛ conte/
a ¶ peccatoꝝ funib⁹. ¶ b romanis.
rentur ꝛ irretientur et capient.
a ¶ ergo. ¶ deus ad pphetam ne videant.
¶ qꝛ chriſtũ nolũt recipere. ¶ ea q̃ tibi reſtoꝛ.
b ¶ .i.abſconde. qd enim ſignat: abſconditur.
¶ viſionẽ. ¶ figuris. ¶ veterem.
c Ligã teſtimonium: ſignã legem h i
a ¶ vl' i doctrinis meis: alia lr̃a. b ¶ ppha.q̃ſi:
qꝛ pcipis ſignari et abſcondi: iudeis ergo c.q.
in diſcipulis meis. Expectabo k
a ¶ ieſum emanuel quẽ pmittit venturuz: q erit
nobis in ſanctificationẽ. b ¶ cognitionẽ.
dominũ qui abſcõdit faciem ſu/ l
a ¶ iudeis nõ credentibus.
az a domo iacob: ꝛ preſtolaboꝛ m
a ¶ hoc reperit vt addat de pphis pſtolantib⁹.
¶ preſtolaboꝛ dominũ. ¶ preſtolabuntur.
d eũ. †Ecce ego ꝛ pueri mei quos n o
¶ ſocios. a ¶ ad qd. ¶ pphete in ſignũ futuri
pceſſerũt. ¶ .i. vt ſigna et poꝛtenta faciant.
mihi dedit dominus in ſignum
¶ quaſi hoc fiet.
ꝛ in poꝛtentum iſrael: a domino p q
¶ eccleſia.
exercituũ qui habitat in monte r
a ¶ propheta: o diſcipuli: o prophete. vel chriſt⁹
ad diſcipulos. ¶ ſyri vel decẽ tribus.
ſion. Et cum dixerint ad vos: s
¶ conſilium. ¶ nõ ab eſaia.
querite a phitonib⁹ ꝛ a diuinis t
¶ inſanientes.
qui ſtrident in incãtatiõibus ſu v
¶ reſpondete. a ¶ vno et vero cũ vos a mult'
et a falſis requiratis.
is: nunquid nõ populus a deo x
a ¶ quaſi cum vos de viuis queritis noticiã a ſi/
mulacris ſimilibus moꝛtuis.
ſuo requiret viſionez p viuis ac
a ¶ in q̃ ĩuenietᵣ ṽitatẽ. ¶ recurrite.
moꝛtuis? Ad legez magis et ad y
a ¶ ſcripture q̃ non fallit.
b ¶ gentes audiũt diuinos: tibi aũt nõ ita.
¶ increduli.
teſtimoniuz. Q ſi non dixerint z
¶ faciemus.
e iuxta verbũ hoc: nõ erit eis ma/ a b
¶ xp̃s. ¶ nõ. ¶ lux. ¶ cõgregationẽ vl' terrã.
tutina lux: Et tranſibit per eaz ꝛ
¶ in dãnationẽ. a ¶ panẽ verbi dei. ¶ fame.
coꝛpoꝛali vel ſpirituali.
coꝛruet: ꝛ eſuriet: ꝛ cum eſurierit c
¶ Si vero nõ fuerint ſaturati ꝛ murmu.
a ¶ blaſphemabit. b ¶ principem populi tui
non maledices.
f iraſcetur: et maledicet regi ſuo d
a ¶ vndecunq veniat auxilium.
et deo ſuo. Et ſuſpiciet ſurſum e

a Dñm exercituũ.i.angeloꝝ. b Ipm ſanctificate. ei
a ſeruiendo. c Ipe pauoꝛ veſter ꝛc. offenſam illi⁹ ſolli/
cite cauẽdo. d Et erit vobis ꝛc. vos ꝯfirmãdo ĩ bo
b no ſi ei credetis. e In lapidẽ aũt ꝛc. quas iuſto iudi
cio fecit ruere: ꝛ iſte duc dom⁹ fuerãt domus phacee filij
c romelie: quã fecit ruere p Oſee filiuz hela.iiij. Reg.xv.
ſ tēplū. a ſ ne ibi exaudiant p̄ces a dn̄o ſic an̄.
h fuſus eſt liban⁹ ⁊ obſurduit. Et fa a
a ſ ꝓnūcia iter ioppē ⁊ liddā ibi cāpi fertiles ⁊ la/
ctus ē ſaron ſicut deſertū: ⁊ ꝯcuſſa
tiſſimi. a ſ regio og. b ſ cōtra iudeos: vl' a mor te: vel a patiētia. ſ q: apl'os recipe noluerunt.
i ē baſan ⁊ carmelus. Nūc ꝯſurgaʒ b†
ſ in cruce
dicit domin⁹ nūc exaltabor ⁊ nūc
a ſ i gētib⁹ ſpretus a iudeis: vel aſcēdēs ad celos. ſ o iudei.
ſublimabor. Concipietis ardoreʒ c
a ſ inuidie contra apoſtolos.
b ſ verba blaſphemie inania vt ſtipula: q̄bus tm̄ nutriat inuidia. ſ ſed. ſ malus.
⁊ parietis ſtipulaʒ: ſpūs veſter vt d e
ſ poſt captiuitatē.
ignis vorabit vos: et erunt ppl'i f g
a ſ pauci relicti ī memoriā. b ſ pecrā iudeorum.
quaſi de incēdio cinis: ſpine ꝯgre h i
ſ gehenne. ſ o gentes.
gate igni cōburentur. Audite qui k l

liberatiōe populi dicēs: Domine miſerere mei ⁊c. et patʒ
littera vſꝙ ibi: a A voce angeli. ꝑcutientes exercitū
ſennacherib. b Fugerūt populi. q: ſennacherib cum
illis qui remāſerant fugit. c Et ab exaltatiōe tua. id
eſt ab oſtenſione tue virtutis in angelo percutiente.
d Diſperſe ſunt gentes. ſcʒ ſennacherib cum exerci/
tu ſuo: quia aliqui mortui remanſerunt ⁊ alij fugerunt.
In hebreo ſic habet: A voce multitudinis fugerūt po/
puli. ⁊ ſm hoc iſtud refert ad exercitū ſennacherib quē
populi audientes ſuperuenire nō audebant expectare:
quia plurimos deuicerat et expugnauit. Ab exaltatio/
ne tua: id eſt a poteſtatis tue oſtenſione: o tu ſennache/
rib: Diſperſe ſunt gentes per diuerſas vias fugientes.
e Et cōgregabuntur ſpolia veſtra ſicut colligitur bru/
chus. id eſt faciliter ⁊ in magna copia: quia exercit⁹ ſen/
nacherib fuit ſic percuſſus ꝙ corpora erāt incinerata ſ
veſtibus et armis illeſis. et ideo faciliter ⁊ copioſe colli/
gi poterant. f Magnificatus eſt dominus. in perſe/
cuſſione ſennacherib mirabili. g Quoniam habita/
uit in excelſo. id eſt in celo empyrreo vbi ſpecialiter relu
cet excellentia ſue glorie: lʒ ſm potentiam: preſentiam: ⁊
eſſentiam ſit vbiꝙ. h Impleuit ſion iudicio et iuſti/
cia. in diebus Ezechie qui fuit iuſtus: et principes ſuos
ad iuſticiam induxit: vt habetur in principio precedent.
ca. i Et erit fides. id eſt fidelitas. k In tempori/
bus ſuis. ſcilicet Ezechie: hoc enim petiuit: vt habet. i.
xxxix. Fiat tm̄ pax ⁊ veritas in diebus meis. l Diui/
tie ſalutis ſapientia. id eſt in cognitione rerū diuinarū.
m Et ſcientia. in cognitione humanorum. n Timor
domini ipſe eſt theſaurus eius. ſcʒ Ezechie qui p̄poſuit
iſta omnibus bonis tēporalibus. conſequenter reuertit
ꝓpheta ad narrandum afflictionem populi ꝑ ſennache/
rib. dicēs: o Ecce vidētes clamabunt foris. littera ē
intricata: q: li foris reducit ad vidētes. ſpeculatores enī
exiſtentes in alto videbant foris longe exercitum ſenna/
cherib. ⁊ ſic denunciabant Ezechie regi ⁊ populo ſuo: vt
ſe p̄ſeruarent. p Angeli pacis. id eſt nūcij Ezechie q̄s
miſit ad loquendū cum rapſace de pace. vt habet infra
xxxvi. q Amare flebunt. quia propter blaſphemias
contra deum dictas a rapſace ſciſſis veſtibus flentes ad
Ezechiam redierunt. r Diſſipate ſunt vie. ab exercitu
ſennacherib. s Ceſſauit tranſiens. ſcilicet de populo
iude: quia nullus audebat timore aſſyrioruʒ per terram
ire. t Irritum factum eſt pactum. primo enim ſenna/
cherib fecit pactum cum Ezechia: ſed fregit illud. vt di/
ctum fuit. iiij. Regū. xviij. v Proiecit ciuitates. que
erant in regno iude circa hieruſalem. x Non reputa/
uit homines. ſcilicet ꝙ poſſent ſibi in aliquo reſiſtere.
y Luxit ⁊ elanguit terra. ſ. iuda. z Confuſus eſt li/
banus ⁊ abſorduit. In hebreo habetur: Et p̄ciſus fuit:
quia ibi exercit⁹ ſennacherib precidit multa ligna ad fa/
ciendum machinamenta: ⁊ ex tali deciſione fuit libanus
deturpatus. a Et factus eſt ſaron ſicut deſertū: et cō.
⁊c. iſta enim loca erant fertilia: ſed per exercitum ſenna/
cherib fuerunt deuaſtata. Sciendū etiā ꝙ carmelus nō
accipitur hic pro monte carmeli ī quo Helias occidit ꝓ
phetas Baal: ⁊ erat in regno iſrael: ſed accipitur ꝓ car/
melo vbi manebat nabal qui erat mons fertilis: et erat
in regno iuda. ⁊ conſequēter ponitur vindicta de male/
ficijs ſennacherib. b Nūc conſurgam dicit domin⁹.
ad percutiendum ſennacherib et exercitum eius: q: nūc
eſt tempus. c Concipiētis ardorem ⁊c. ex maleficijs
enim veſtris ſequitur demeritum. d Et parietis ſtipu
lam. id eſt vt efficiamini ſicut ſtipula applicata igni.
e Spiritus veſter. i. voluntas vr̄a mala. f Ut ignis
vorabit vos. id eſt meretur vt igne cōſumamini. ⁊ ita fa/
ctum fuit: quia exercitus ſennacherib ſic percuſſus fuit
ab angelo ꝙ corpora eorum redacta fuerunt in cineres:
ac ſi fuiſſent igne materiali combuſta. ideo ſubditur:
g Et erunt populi. exercitus ſennacherib. h Quaſi
de incendio cinis. id eſt vt cinis remanens de incendio.
i Spine congregate. id eſt bellatores ſennacherib qui
pungebant populū domini. k Igni comburent. non
ſolum ex ꝑcuſſione angeli: vt dictum ē: ſed etiam igne in
ferni. l Audite. Hic ꝯſiter deſcribit deiectio ſobne
pōtificis q̄ cōſulebat ciuitatē reddi aſſyrijs. ⁊ q: hoc nō
fuit factū: partim indignatione: ꝑtim timore ꝯcū ſibi ad/
herentib⁹ ad aſſyrios trāſiuit occulte: ⁊ ei ſucceſſit ī pō/
tificatu

## Glo.ordi.

h mus. Per hec ꝙ debemus itelligere iudeos omnē fertilitatē amiſiſſe.
a Quis poterit. Dei magnalia nar
Heb.12.g rat: ⁊ deū ignē vocat. ſm illud: De⁹
Luc.12.f noſter ignis ꝯſumēs ē. ⁊ ipe: Ignem veni mittere ī terrā: ⁊ q̄d volo niſi vt ardeat? b Sāguinē. Lxx. Iudiciū ſāguinis. Ois iniq̄tas ⁊ oppreſſio: ⁊ iniuſticia iudiciū ſanguinis ē ⁊ ſine gladio volūtate īterficit. c Terrā.
Mat.5.a Uinētiū. Beati mites qm̄ ipi poſ.t. vel in celo poſiti terrena deſpiciunt. d Tabernaculū. Tabernaculū q̄d habuerūt iudei ꝑ heremū de loco in
Joſ.18.a locū ductū ē. Primo ī ſylo: deinde ī nobe: de nobe in hierlm: inde de hie
.Ma.2.b ruſalē ad moyſi ſepulchrū: vt dicit liber machabeoꝝ. Eccl'ia aūt immobil'
Mat.7.d fūdata ē ſupra firmā petrā. h Dn̄s

## Nico.de lyra

Tificatu eliachim: vt dictum fuit. s. xxij. ⁊ h̄ ē q̄d d̄r hic: Audite q̄ longe eſtis ⁊c. et ī h̄ notat magnitudinē rei
Pro.12.b nūciāde. a Cōterriti ſūt in ſiō peccatores. i. ſobna: ⁊ ei adherentes.
b Poſſedit timor hypocritas. q̄r erāt ī ſtatu miniſtrādi dn̄o. ⁊ ſic apparebant boni ⁊ deuoti exteri⁹: ſ ipi nihil habebāt interi⁹ dignū ſacerdotio. ⁊ ꝯn̄r cōqueriꝰ de iſta dignitate ſacerdotali. cū d̄r: c Quis poterit habitare de vobis cū igne deuorante. i. digne miniſtrare in altari holocauſtoꝝ vbi erat ignis ꝑpetu⁹. Leuit. vj. Et eadē ſn̄ia replicaꝰ. cū ſubdiꝰ: d Cū ardorib⁹ ſempiternis. ⁊ ſubdiꝰ reſpōſio: e Qui ambulat in iuſticijs. q̄ntū ad ꝑfectionem vite. f Et loquiꝰ veritatē. q̄ntuꝫ ad ſanitatē doctrine. g Qui ꝓijcit auariciā ⁊c. ita ꝙ nullā habet notā auaricie: rapiēdo aliena ꝑ violentiā: nec etiā accipiēdo dona ꝯtra iuſticiā.
h Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinē. i. ſermoneꝫ de ſāguine effundēdo ꝑ morte īnocētis vel eius mutilatiōeꝫ. i Et claudit oc'los ſuos ne videat malū. i. mulierē alienaꝫ ad ꝯcupiſcendū. k Iſte in excelſis habitabit. i. talis dign⁹ ē fungi ſūmo ſacerdotio ī mōte ſiō vbi erat tēplū. ⁊ talis fuit iſte eliachim: q̄ ī h̄ officio ſucceſſit ſobne. l Munimēta ſa. ⁊c. ſalomō ei edificauit tēplū ī mōte moria de lapidib⁹ magnis ⁊ p̄cioſis. iij. Reg. v. Et edificia ad templū ꝑtinētia: ⁊ ibi erat habitatio ſūmi ſacerdotis. m Panis dat⁹ ē ei ⁊c. noīe panis ⁊ aq̄ intelligiꝰ oīs cib⁹ ⁊ pot⁹ in ſcriptura. Añ. iiij. Reg. vj. Pone eis panē ⁊ aquā. ⁊ ſubdiꝰ: Et appoſita ē eis magna ciboꝝ p̄paratio. Summo aūt ſacerdoti debebanꝰ primitie fructuū ⁊ aīaliū. n Regē ī decore videbūt. ſ. ezechiā glorioſe regnātē p⁹ ſennacherib deiectionē: vt habeꝰ. ij. Paral. xxxij. ⁊ in hac gl'ia viderunt ipm: eliachim pontifex ⁊ alij miniſtri tēpli. o Oculi ei⁹. ſ. eliachim.
p Cernēt terraꝫ de lōge. q̄r de mōte ſion vbi erat ei⁹ habitatio poterat videri iudea ꝓ magna ꝑte. q Cor tuū. o eliachim. mutat enī ꝓpħa modū loquendi de tertia ꝑſona ad ſecūdam: q̄d fit frequēter in ꝓphetis.
r Meditabiꝰ timorē. ſ. dn̄i ex caſu p̄deceſſoris ſui. ⁊ idō ſubdiꝰ: s Ubi eſt litte.

## Eſaie Ca. XXXIII

ſ hinc vel a deo. ſ inimicis meis iudeis. a ſ in hac vltione et timete. ſ moabite.
lōge eſtis q̄ fecerim: ⁊ cōgnoſcite vicini
ſ deleti.
fortitudinē meā. Cōterriti ſunt ī ſion a†
ſ qui deum occiderūt. ſ romanoꝝ. ſ ſcribas ⁊ phariſeos. Ue vobis ſcri. ⁊ phariſei: hypocrite.
a peccatores: poſſedit tremor hypocri- b
tas. Quis poterit habitare de vobis c†
ſ deo. ſ peccata vel peccatores nūc ⁊ ī futuro.
cū igne deuorante? Quis habitabit †
a ſ ſpiritusſancti qui peccata cōſumit: fideles accendit.
ex vobis cuꝫ ardoribus ſempiternis? d
ſ hic. ſ. a ſ ſemper diligendo. ſ de virtute in virtutē ſ pluribus
Qui ambulat in iuſticijs: et loquitur e† f
ſ ſemper et non ſemel. a ſ que eſt mater calūnie: q̄r ex alterius damno: alterius pecunie coaceruantur.
veritatem: †qui ꝓijcit auariciā ex calumnia: g
ſ innocentis.
lumnia: ⁊ excutit manus ſuas ab omni
ſ oris: manus officij. ſ munera excecāt oculos ſapientium.
mūere† Qui obturat aures ſuas ne au b
ſ ne peccato conſentiat. ſ Auerte oculos meos ne vi. va. Felix cōſciencia que nec audit nec aſpicit malum.
ſ vel capitis vel cordis.
b diat ſanguineꝫ: ⁊ claudit oculos ſuos i
ſ talis. ſ in celis cum domino.
ne videat malum. Iſte in excelſis ha- k†
ſ ſanctorum qui ſunt fundati ſupra firmam petram.
ſ exempla. b ſ prouectio ad deum.
bitabit: munimēta ſaxoꝝ ſublimitas l
ſ verbi ſ a deo. ſ doctrine. ſ abſq̄ hereſi.
eius. Panis ei dat⁹ eſt: aque ei⁹ fide- m† †
a ſ omnipotentem ſ deum ipſum. ſ in deitate.
ſ peracto iudicio. ſ oculi eius.
les ſunt. Regē in decore ſuo videbūt: n†
ſ nunc in ſpe: in futuro in re. vnde: Credo videre bona dn̄i in terra viuentium.
c oculi eius cernent terrā de longe. Cor o† p q
a ſ ſi vis habitare cum deo. ſ ideo b ſ Principiū ſapientie timor dn̄i ſ ſanctitas in timore cuſtoditur.
tuum meditabitur timorem. † Ubi eſt r s†
ſ philoſophus ſ quaſi non habitat cum deo.
a ſ ſcriba ⁊ phariſe⁹: legē ſupflua expoſitiōe onerans. t
litteratus? vbi legis verba ponde-
a ſ ſenſu b ſ inſipientiū. c ſ gregem philoſophorum.
rans? vbi eſt doctor paruuloruꝫ? Po- v†
a ſ in eccleſia ſanctorum. ſ. i.
pulum imprudentem nō videbis po- x y†
ſ logice. ſ non ſapientie.
pulum alti ſermonis: ita vt nō poſſis
ſ ſicut Platonis: Areſtotelis: Tullij facūdiaꝫ ⁊ ſubtilitatem pauci intelligunt.
intelligere diſertitudineꝫ lingue eius
a ſ populo b ſ nulla quantum ad deum.
ſ Perdam ſapientiam ſapientium ⁊c. c ſ ſed tm̄ v̄ba
in quo nulla eſt ſapiētia. Reſpice ſion z† a†
ſ preſenteꝫ eccleſiam in qua vera ſolennitas ſ Quicunq̄ iuſtus. ſ cordis.
ciuitatem ſolennitatis noſtre. Oculi b
a ſ celeſtem ſ Quod nec. o. v. nec a. a. nec i. c. h. a.
ſ vel ciuitatem.
tui videbūt hieruſalem habitationeꝫ †
a ſ eccleſiam preſenteꝫ ſignificatā ī tabernaculo moyſi.
d opulentā tabernaculum q̄d nequaq̄ c†
a ſ ſicut tabernaculū iudeoꝝ trāſlatū ē ſ a fide charitate. ſ metaphora. b ſ doctores q̄b⁹ fixa teneuꝰ.
trāſferri poterit: nec auferenꝰ claui ei⁹ d
a ſ precepta quibus extenſa dilatatur.
in ſempiternum: et omnes funiculi ei- e
a ſ non in conuenticulis hereticorum.
us non rumpentur: q̄r ſolumō ibi mag- f

## Nico.de lyra

eſt l'ratus ⁊c. i. vbi ē modo ſobna p̄deceſſor tuus in officio pōtifical': ꝓpter q̄d debuit eſſe litterat⁹ ad ponderandū. t Legis verba.
a† ad docendum ignorātes q̄ dicūꝰ hic paruuli. quaſi diceret: perijt ī terra aliena: vt habeꝰ. s. xxij. idō
b ſubdiꝰ: v Populū imprudētem. i. ſobnam et ſibi adherentes.
c† x Nō videbis. amplius ī tēplo domini. y Populū alti ſermo-
† nis ⁊c. i. ꝓfundi: ſicut dicit Iob. iiij. Puteus altus eſt: et dicit hic
d profundus ſermo qui propter extraneitatē nō eſt intelligibilis. Et populum talis ſermonis vocat h̄
e† f propheta ſennacherib et aſſyrios quos intendebat ſobna introducere intra ciuitateꝫ et templū: ſed
g defecit a propoſito. z In quo nulla eſt ſapiētia. ſcꝫ in ſennacherib ⁊ populo eius: quia vera ſapientia non poteſt eſſe in infidelib⁹.
a Reſpice. Hic cōſequēter deſcri
b bitur ciuitatis melioratio: q̄r per deiectionē ſennacherib fuit mutata de timore in ſecuritatē: de triſticia in leticiam: ⁊ de penuria ī abūdandantiā. Primo igiꝰ hec meli-
i oratio deſcribiꝰ. Secūdo ꝓpheta cōtra ſennacherib iterū inuehiꝰ.
k† ibi: Laxati ſunt. Circa primū tangitur primo melioratio q̄ntum ad diuinum cultum. cuꝫ diciꝰ: Reſpi
l ce ſion ciuitateꝫ ſolennitatis nr̄e. Uocabatur enim illa pars ciuita
m† † tis hieruſalem vbi erat mons ſiō ciuitas dauid: ⁊ in illa erat templum vbi celebrabantur ſolēnita
n† tes per annū ſcꝫ paſce: pētecoſtes ⁊ tabernaculorum. in quib⁹ popu
o† lus de terra debebat conuenire:
p q q̄d non poterat ꝓpter exercitum ſennacherib exiſtentē in iudea: ſꝫ ipo deiecto venerunt vndiq̄ gau
r s† denter. Secundo poniꝰ melioratio q̄ntum ad abundantiā. cum di
t tur: b Oculi tui videbunt ⁊c. quia de ſpolijs exercitus ſennacherib omnes de ciuitate fuerunt
v† repleti et ditati. Tertio q̄ntum ad ſecuritatem. cuꝫ dicitur: c Ta
x bernaculum quod nequaq̄ tranſ
y† ferri poterit. Uocat hic templum ſalomonis tabernaculū quod dicitur imobile: ad differentiam tabernaculi moyſi: quod trāſferebatur de loco ad locum: vt patet in libro Nume. ⁊ ad idem ꝑtinet q̄d ſubditur: d Nec auferētur claui eius in ſem ⁊c. In tabernaculo
z† a† enim moyſi parietes erāt de tabulis ſimul coniunctis per incaſtraturas ⁊ clauos qui amouebātur
b de locis ſuis quando tabernaculum deponebaꝰ et portabatur ad aliū locum. In templo enim ſalo-
† monis parietes erant interius de lignis laminis aureis opertis: et
c† erant ibi claui poſiti: vt inſeparabiliter manerent ibi. e Et omnes funiculi eius non ⁊c. id ē ſta-
d bilitas templi per impetum ſennacherib nō diſſolueꝰ. ⁊ cauſa ſubditur: f Quia ſolūmodo ibi mag
e nificus dominus de⁹ ⁊c. q̄r magnifice deiecit ſennacherib cum ex
f ercitu ſine opere humano.

† 1. q. 1. c. nonnulli. 11. q. 3. c. q recte. De ſymo. c. et ſi queſtiōes.

1. Cor. 1. k

Ps.95. a Dñs. Judicabit oꝛbē terre in iuſti/
cia. b Laxati ſunt ⁊c̄. Redit ad ter
renā hierl'm: ⁊ loq̄t de ea ſb ſpecie na/
uis. Supioꝛa dicta ſūt ō vrbe ſolenni/
tatis nr̄e quaʒ dominus fluuijs ſuis
circūdat. Omis

## Nico. de lyra

a Locus fluuioꝛum riui latiſſimi et
patentes. hoc refertur ad illud quod
fecit Ezechias ꝓpter exercituʒ ſenna/
cherib: quia aquā de ciuitate hierl'm
egrediētē extra ipſe retinuit ad adim/
plendū foſſata ⁊ piſcinas magnas ſic̄
ſtagnū: ⁊ reſiduū aq̄ qḋ n̄ poterat ibi
capi: fecit ibi decurrere ꝑ aliū locū: vt
ſic exercitus aſſyrioꝛum nullum inde
haberet ſolatium. ideo ſubditur:
b Non tranſibit per euʒ nauis remi.
⁊c̄. q2 ſic diſpoſuit Ezechias aq̄s illas
ꝙ erāt ad munimētū ciuitat: ⁊ in nul
lū auxiliū aduerſarijs: q2 nō deſeruie
bāt eis ad potū nec ad nauigiū: vt ſic
cū nauigio poſſēt obſidere vl' ītrare ci
uitatē. ⁊ q2 oīa iſta erāt attribuēda bo
nitati diuine p̄ncipalit̄. ideo ſubdit̄:
c Dñs iudex nr̄. i. iudicabit ꝓ nobis
ɔ ſennacherib. d Dñs le. nr̄. q2 ab
eo recepimꝰ legem ī mōte ſynai: vt ha/
betur Exo. xx. ⁊ Deutero. v. e Dñs
rex nr̄. reges enī iuda nō erant niſi eiꝰ
vicarij. f Jp̄e ſaluabit nos. ī aliq̄bꝰ
libꝛis īterponit̄: veniet: ſ n̄ eſt in heb.
nec ī libꝛis coꝛrect. g Laxati ſūt.
Hic ꝓpheta iteꝝ inuehit̄ cōtra ſenna/
cherib: cuiꝰ exercitus ꝑcuſſus fuit ab
angelo anteq̄ꝫ obſederat hierl'm: vt di
ctū fuit. iiij. Reg. xviij. Diſponebat tn̄
de ꝓpinquo obſidere eā figēdo tento/
ria ibidē

ſ videtur. ſ ibi.
gnificꝰ dñs deꝰ noſter. Locus flu/ a
a ſ ꝓphetarū apl'oꝝ. b ſ expoſitoꝛes. c ſ plane
uioꝛū riui latiſſimi ⁊ pātētes: non b
exponentes. ſ locum. ſ diaboli dominatio.
trāſibit ſuꝑ eū nauis remigū: ne
a ſ nauis tres oꝛdines remoꝝ habēs. i. diabolus q̄
tres partes mundi: aſiam: africam: europā ſuo ſub
iugauerat imperio.
b ſ in ſuꝑbia. c ſ ſicut olim.
a ꝙ trieris mag̃ trāſgredit̄ eū. Do c
a ſ vox congratulantis eccleſie.
b ſ legis naturalis: moſaice: euangelice.
minꝰs enim iudex nr̄: dominꝰ le/ d†
a ſ reges eos in virga. f.
gifer noſter: dominus rex noſter. e f
a ſ nihil timendū ē. b ſ dilatata
foꝛtitudo populi ad pugnādū contra romanos.
b Jpſe ſaluabit nōs. Laxati ſunt g
funiculi tui: ſed nō pꝛeualebunt. h+
a ſ templum altiſſimū in quo olim vela p̄cioſa.
b ſ vt non appareant ſigna ruine eius: q2 non re/
linquetur lapis ſuper lapidē.
Sic erit malus tuus vt dilātare i+
ſ a romanis
ſignum non queas. Tunc diuidē k+
ſ diuitiarū tuaꝝ.
tur ſpolia pꝛedarum multarum: l
a ſ romani ī ſe: foꝛtes in domio vires ſubminiſtrā/
te. b ſ nemo romanoꝛum de infirmitate cōque/
retur. ſ vicino.
claudi diripiēt rapinam: nec dicēt m n
ſ romanus.
vicinꝰ elāgui. Populꝰ q̄ habitabit o
a ſ comparatiōe iudeoꝛum. ſ qui ſecutus ē dei
volūtatem. ſ colenda.
ſ peccatum illius ſtragis.
in ea: auferētur ab eo iniquitas. p

ria ibidē. idō d2: Laxati ſūt funiculi
tui. id eſt diſpoſiti: vt cum eis figan/
tur tentoꝛia circa hieruſalem.
h Sed non pꝛeualebunt. quia non
obſedit eaʒ. i Sic erit malus ⁊c̄.
malꝰ hic d2 lignū longū qḋ in medio
tētoꝛij erigit̄: ſicut malꝰ in medio na/
uis: ⁊ q2 deſuꝑ ponit̄ ſignū vel vexil
lū illiꝰ cuiꝰ ē tentoꝛiū: ſicut in ſūmi/
tate mali nauis ponit̄ ſignuʒ aliqḋ.
Ligna aūt tētoꝛioꝝ ſennacherib cir/
ca hieruſaleʒ nō fuerūt erecta nec ſig
na ſupꝛa poſita. ideo d2: Ut dilatare
ſignū ⁊c̄. k Tūc diuident̄ ſpolia.
ſcʒ aſſyrioꝛū: q2 habitatoꝛes hierl'm
ꝑcuſſo exercitu ſennacherib exierūt
ad p̄dam. l Predaꝝ multaꝝ. tum
q2 magna fuit multitudo percuſſoꝝ.
ſcilicet. clxxxv. milia: tum quia ap/
poꝛtauerant ibi ſpolia que ī alijs lo/
cis iudee rapuerāt: tum quia rex ſen
nacherib et fugientes cum eo nihil
ſecum aſpoꝛtauerunt vt velocius fu
gerent: ⁊ quia ad tale lucrum cucur
rerunt homines etiam debiles. ideo
ſubditur: m Claudi etiam diri/
pient rapinam. id eſt illud quod aſſy
rij aliunde rapuerant. n Nec di
cet vicinus elangui. id eſt ex longa ī/
firmitate pꝛecedente non detinebit̄:
quin cum alijs vadat ad pꝛedam ꝓ/
ut poterit. o Populus qui ha/
bitat in ea. id eſt in hieruſalem.
p Auferetur ab eo inquitas. ſcilicet
idolatrie: que ibi viguerat ante tem
pus Ezechie: pꝛopter quam ciuitas
meruerat ſubuerti: ſed ꝓpter bonita
tem Ezechie qui abſtulit idolatriaʒ:
et reduxit populum ad dei cultum:
dicta pena non fuit inflicta.

## Moraliter Accedite

Ca. XXXIII

## Moraliter.

x† Ue q̄ p̄daris. Hoc ad l'ram ex/
ponit̄ ō rege ſennacherib q̄ ſuperbe/
deū blaſphemauit: ⁊ populū iſrl' afflixit multiplicit̄ ⁊ ſpolia/
uit. Myſtice xp̄o pōt exponi ō antichꝛiſto de q̄ d2. ij. Theſſa.
ij. Qui aduerſat̄ ⁊ extollit̄ ſupꝛa oē qḋ dicit̄ deus aut qḋ co/
litur ita vt in tēplo dei ſedeat tāq̄ꝫ ſit deꝰ. Jp̄e etiam populuʒ
dei multū affliget ⁊ ſpoliabit: tn̄ finalit̄ deſtruet̄ ſic̄ d2 ibidē.
Quē dñs ieſus interficiet ſpū oꝛis ſui: ⁊ deſtruet illuſtratiōe
aduentꝰ ſui. Et hoc faciet xp̄s ad p̄ces fideliū ab antichꝛiſto
afflictoꝝ: in q̄ꝝ ꝑſona ſubdit̄: † Dñe miſerere nr̄i. te enī ex/
pectauimꝰ ⁊c̄. Et qm̄ ſm cōmunē opinionē ꝑ angelū de man/
dato xp̄i fulminabit̄. ⁊ magna ꝑs ſui exercitus et alij fugient
territi. ꝓpter qḋ eoꝝ ſpolia remanebūt fidelibꝰ poſt moꝛtem
antichꝛiſti remanentibꝰ. ideo ſubdit̄. a† A voce angeli fu/
gerūt populi. ſ. antichꝛiſto ɔiūcti. o† Ecce vidētes. Hic re/
uertitur ꝓpheta ad denunciandū mala q̄ faciet antichꝛiſtꝰ añ
moꝛtē ſuā. dicēs: o† Ecce vidētes clamabūt foꝛis. i. hoīes
litterati clamabūt ɔtra antichꝛiſtū in oꝛatiōe ſecrete: q̄ tunc
nō audebūt loqui ɔtra eum publice. p† Angeli pacis ama
re flebunt. q2 religioſi occultātes ſe gemēt. r† Diſſipate ſūt
vie. q2 fideles nō audebūt ꝑ terrā tranſire. t† Jrritū factuʒ
eſt pactū. nā eccleſiā q̄ꝫtum poterit deſtruet q̄ ſignat̄ hic ꝑ li/
banum ſaron ⁊ camelū. Et q2 de mandato dñi fulminabit̄ vt
dictū eſt. Seq̄t̄: b† Nūc ɔſurgam dicit dñs ⁊c̄. ⁊ patet l'ra
que facili pōt ad ꝓpoſitum applicari. a† Cōtriti ſunt ī ſion
peccatoꝛes. Hic deſcribit̄ ad l'ram abiectio ſobne pontificis q̄
ſennacherib adheſit ꝑ quem myſtice ſignat̄ quilibet p̄latus
malus: qui timoꝛe moꝛtis antichꝛiſto adherebit. Sed q2 tūc
electi firmit̄ ſtantes merebunt̄ gloꝛiā celi. ſequit̄: c† Quis
poterit habitare de vobis cum igne deuoꝛante. i. firmiter ſta/
re in antichꝛiſti tribulatione. † Quis habitabit de vobis
cum ardoꝛibꝰ ſempiternis. in tentationibꝰ demonū ſemꝑ ar/
dentiū. quia poꝛtant ignē ſuū ſecum. et in antichꝛiſti tribula/
tione aſtabūt ſibi in ꝑſecutiōe fideliū. et reſpondet. e† Qui
ambulat in iuſticijs ⁊ loquit̄ veritatem ⁊c̄. iſte ſupple in anti
chꝛiſti tribulatiōe poterit ſtare. ideo ſubdit̄: k† Jſte in ex/
celſis

celſis habitabit munimēta ſaxoꝝ ſublimitas eius. i. firmitas
thꝛonoꝝ. nam ſancti ſm q̄litatē meriti aſſumunt̄ ad oꝛdīes an
geloꝝ. m† Panis ei datus ē. id eſt xp̄s q̄ eſt panis viuus.
† Aque eiꝰ fideles ſūt. id eſt dona ſpūſſancti. Unde dicit ſal/
uatoꝛ Joh. vij. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina
de ventre eius fluent aque viue. Hoc aūt dixit de ſpū quem ac
cepturi erant credētes in eū. n† Regē in decoꝛe videbunt.
viſione clara ⁊ beatifica. o† Oculi eiꝰ terrā cernēt delonge.
ſcʒ terram viuentiū: q2 viuētes in coꝛꝑe moꝛtali celeſtia medi
tant̄. ⁊ ꝑ oppoſitū ſubdit̄ ad litterā de ſobne eiectiōe: ꝑ quem
malus p̄latus ſignat̄: ꝓpter qḋ de eo myſtice d2: s† Ubi eſt
litteratus ⁊c̄. i. vbi ē malus p̄latus qui ſcripturaʒ ſcire debuit
⁊ verba legis pōderare ⁊ paruulos docere. cui q̄ſtioni pōt re/
ſponderi: Abſconditꝰ ē in inferno inferioꝛi: q2 quāto ſtatꝰ al/
tioꝛ tanto caſus grauioꝛ. ideo de ip̄o et exiſtentibꝰ cū eo ſubdi
tur: v† Populū impꝛudentē non videbis. id eſt pꝛelatum
damnatū cuʒ familijs ſuis nō videbis amplius in magnificē/
tijs ſuis. y† Populū alti ſermōis. id eſt ſuperbū in verbis
q̄les ſunt mali p̄lati ⁊ adherētes ſibi. z† Jn quo nō eſt ſapi/
entia. ſcʒ de ſurſū deſcendēs: ſed illa que eſt terrena animalis:
et diabolica. Et quoniā oppoſita iuxta ſe poſita magis eluce/
ſcunt. ideo pꝛopheta cōſequenter inducit ad cōtemplationem
gloꝛie celeſtis. dicēs: a† Reſpice ſion ciuitatē ſolēnitatis no
ſtre. nam ibi eſt laus iugis. † Ciuitatē opulentam. id eſt om
nibꝰ bonis plenā. † Tabernaculū qḋ nequaq̄ꝫ trāſferri po/
terit ⁊c̄. ꝑ qḋ ſignificat̄ ſecuritas ſempiterna. ⁊ ſubdit̄ cauſa cū
d2: d† Dominus legifer nr̄ ⁊c̄. Laxati ſūt funiculi tui. ħ ad
l'ram dicit̄ de ſennacherib. ꝑ quem ſicut dictū eſt antichꝛiſtus
ſignat̄ cuiꝰ funiculi ad capienduʒ om̄es fideles extendentur.
h† Sʒ nō p̄ualebūt. naʒ electi ſaluabunt̄ ꝓpter q̄s bꝛeuiabit̄
eius ꝑſecutio: vt dicit̄ Matth. xxiiij. ideo ſubdit̄: i† Sic erit
malꝰ tuꝰ vt dilatare ſignū neq̄as. aliq̄n nāq̄ ſic impedit̄ xp̄tus
naute ꝙ nō pōt velū leuare ⁊ tūc impedit̄ eiꝰ nauigatio. ſic an/
tichꝛiſti virtꝰ auferet̄ ⁊ ceſſabit eiꝰ ꝑſecutio. k† Tūc diuiden
tur ſpolia p̄darum multarū. ab antichꝛiſto raptaꝝ. q̄ diuiden/
tur fidelibꝰ poſt antichꝛiſti moꝛtem remanſuris.

Jn ca. xxxiiij.

In ca.xxxiij.vbi dicitur in poſtilla. Audite hic conſequẽter
deſcribiť.

**Additio.** Ab h loco vbi dz: Audite qui longe eſtis.
Incipit ca. ſm hebreos et cõtinuatur vſq
ibi: Auferet ab eo inıq̃tas.qd q̇dem ca. proprie videtur expo
nendum de eiectione phariſeorum reſpuentiũ doctrinaz xp̃i:
⁊ de pſperitate adherentiũ xp̃o:⁊ de q̇buſdã ad hoc ptinenti/
bus.dicit enĩ: Audite q̇ lõge eſtis.ſ.poſt longa tẽpora . Que
fecerim ſcdo .inimic meis iudeis. Et cognoſcite vicini.ſ. ɔtẽ/
poranei. Fortitudinẽ meã in hac vltione. Cõterriti ſũt in ſion
peccatores. In hebreo habeť: Timuerũt ĩ ſion peccatores:qꝛ
⁊ vt in Johẽ.xj.dicıť: Timuerũt ne pderent gentẽ ⁊ regnuz ſi
xp̃o adheſiſſẽt. Poſſedit tremor hypocritas.ſ.phariſeos ⁊ ſcri
bas q̇s frequẽter xp̃s hypocritas noĩat put ĩ multis loc euã
gelij habeť:q̇ pncipaliter p̃dictũ timorẽ habuerũt. Et qꝛ ĩ hoc
trepidauerũt timore vbi nõ erat timor:qꝛ potius debuiſſent ti
mere offenſã dei ⁊ penas ppetuas q̃s ppter h incurrebãt.ideo
q̃ſi in pſona eorũ ppheta ſubdit dicens : Quis poterit habita
re ⁊c.ex vobis cũ ardoribus ſempiternis.q.d. ppheta.magis
eſſent timẽdi ardores gehenne ſempiterni q̃ȝ bona tẽporalia p
dere p romanos: p̃ſertim cũ ille q̇ non ficte ſicut phariſei : ſed
recte in iuſticijs ambulat. Et loquiť veritatẽ.ſ.abſq hypocri/
ſis fictione:ſecur⁹ eſt ab aduerſitatib⁹ periculum quo ad ſpũa/
lia inducentib⁹.de q̇ dicit: Iſte in excelſis habitabit munimẽ/
ta ſaxoꝝ.ſ.exempla ſanctoꝝ. Sublimitas eius.i. ptectio eius
apud deũ. Si autẽ querať in quo reficiť talis anteq̃ȝ habitet ĩ
excelſis ſubdit dicẽs: Panis ei datus ẽ: ſcȝ panis viuus qui
de celo deſcendit. Aque eius fideles ſunt.ſ. doctrine ſpũales.
iuxta illud Joh.vij. Aque viue fluent de ventre. Que autẽ ſit
iſta p̃miatio huius iuſti de quo loquiť. cum dicit : Habitabit
in excelſis ſubdit.dicẽſ: Regẽ in decore ſuo videbũt occuli tui
ſcȝ regẽ chriſtũ in deitate in qua viſione clara tota merces cõſi
ſtit ſm Aug.vel pacto iudicio oculi eius videbũt regem chri
ſtum indutũ decore humanitatis aſſumpte. Et qꝛ hoc maxime
longe ẽ a ſtatu huius vite.ido ſubdit: Oculi eius cernẽt terrã
de longe.ſ.terrã viuẽtiũ.⁊ ſequiť: Cor tuũ meditabiť timorẽ:
ſcȝ admirationis.q̃ q̇dem admiratio ɔſurgit ex hoc ꝙ illi qui
videbanť prudẽtes ⁊ ſpeculatiui in p̃ſenti ſtatu non videnť at
tingere ad cernendã illã terrã de longe.⁊ de hoc dicit : Ubi eſt
litterat⁹.i.philoſoph⁹ ſm glo. Ubi eſt verba legis ponderãs:
ſcȝ phariſeus ⁊ ſcriba q̇ verba legis potius q̃ȝ mentẽ legis põ
derabant.vnde Matth.xij.et Luc.xiij. Curare hominẽ ĩ ſab/
bato dicebãt illicitũ eſſe. Ubi eſt doctor paruuloꝝ: ſcȝ legiſpe/
ritus q̇ diciť doctor paruuloꝝ eo ꝙ diciter ad Gal.iij. Lex pe/
dagogus noſter fuit in chriſto. Populũ imprudentẽ.ſ.in com
poſitũ in morib⁹. Non videbis.ſ.in illa terra longinqua. Po
pulũ alti ſermonis .ita ꝙ nõ poſſis intelligere diſertitudinem
lingue eius:qd ſm glo.intelligitur de rhetoricis: vt Tullius
cuius facundiã ⁊ ſubtilitatẽ ſermonis ſm glo.pauci ĩtelligũt.
In quo nulla eſt ſapiẽtia.ſ.q̃ȝtum ad diuina : q̃ oĩa ponũť ad
deſignandũ ꝙ doctrine chriſti nõ in pſuaſibilib⁹ humane ſapi
pientie verbis ſit:ſ; in doctrina et veritate vt in.j. ad Cor.ij.

Conſequenter dicit: Reſpice ſion ĩ quo ppheta alloquitur
peccatores et phariſeos q̇ timuerunt gentez perdere ⁊ regnũ
ppter adheſionem xp̃i:oſtendens eis hũc timorẽ eſſe vanum
cum eccleſia chriſto adherẽs habet opulentiã et firmitatẽ nõ
obſtantibus aduerſarijs:⁊ d hoc dicit: Reſpice ſion.ſ.o pha/
riſee hypocrita. Reſpice ſion ciuitatem ſolẽnitatis noſtre:ſcȝ
eccleſiam militantem. Oculi tui videbũt hieruſalem.ſ. huiuſ
modi eccleſiã. Habitationẽ opulentã.ſ.in qua nihil deficit de
neceſſarijs ad ſalutẽ. Tabernaculũ qd nequaq̃ȝ transferri po
terit ⁊c. Eccleſia enim militans lȝ tabernaculum dicatur re/
ſpectu triũphantis non tamẽ tranſfertur de loco ad locum ſi/
cut tabernaculũ iudeorũ factum in deſerto:quia ĩmobilis eſt
tanq̃ȝ fundata ſuper firmaȝ petram : quod intelligiť de eccle
ſia ſpũali p̃ſenti que in fide xp̃i fundata eſt. et ideo rationem
hui⁹ ĩmobilitat ſubdit.dicẽſ: Quia ſolũmodo ibi magnific⁹
dñs deus noſter ſupple eſt ppriuȝ fundamentũ :⁊ qꝛ in hac ec
cleſia viget ſana doctrina plana ⁊ patẽs ſine aliquo artificio
ſeu induſtria humana.ideo ſubdit: Locus fluuioꝝ riui latiſſi
mi ⁊ patentes non intrabit p eum nauis remiguȝ nec trieris
magna tranſgredietur eum:quia non p artificia magna nec
parua huiuſmodi doctrina acq̇renda eſt. Dñs enĩ noſter iu/
dex: dominus legifer noſter ⁊c.q.d.totum regimen huius ta
bernaculi ſeu eccleſie ẽ in deo a quo ſperam⁹ ſalutez .⁊ ideo h
tabernaculum eſt trãſferibile:quia non p induſtriam huma/
nam:ſed p puidentiã diuinã regiť. Cõſequenter dicit: La/
xati ſunt funiculi tui:ſed non p̃ualebunt ⁊c.q.d. O phariſee
cõtrarium p̃dictorum tibi contingit:quia cum magis reſpice
res ad hũana ſubſidia q̃ȝ ad diuina :funiculi tabernaculi tui
ſic laxati ſunt ꝙ iam non poſſunt vlteri⁹ p̃ualere. Sic erit ma
lus tuus qd ĩtelligiť de templo in quo vela p̃cioſa pẽdebant
qd deſtructum fuit irreparabiliter p romanos et ſpoliatũ.de
quo dicit: Tunc diuidentur ſpolia predarum multarum.que
q̇dem ſpoliatio deuenit ad tantaȝ facilitatẽ: ꝙ etiam infirmi
vel debiles ea diriperent.⁊ de hoc dicit: Claudi diripient ra/
pinam.⁊ quia in hac vaſtatione hieruſalẽ ⁊ templi per roma
nos diſcipuli xp̃i non fuerunt leſi:quia inſpiratione diuĩa re
ceſſerunt ad terrã agrippe.ideo dicit: Nõ dicet vicinus elan/
gui.diſcipulos enim chriſti vocat vicinos illius hieruſalẽ ma
terialis.non autem ciues:quia non erãt cum eis vniti.q̇ qui/
dem diſcipuli non ſolum fuerunt leſi in illa pſecutione hieru/
ſalem:ſed indulgentiam peccatoꝝ ibidem conſecuti ſunt. ido
ſubdit: Populus qui habitat in ea aufereť ab eo iniquitas.
ſcȝ ex merito paſſionis chriſti ibidem celebrate. Et attenden/
dum ꝙ p̃dicta expoſitio non ſolum ẽ ppria et vera:ſed magis
litteralis q̃ȝ illa que cõtinetur in poſtilla. Nam h qd diciť in
principio huius pphetie. Poſſedit timor hypocritas: ppri⁹
verificať de phariſeis q̇ hoc noĩe ſepe a xp̃o vocanť .⁊ q̇ pni/
cioſe timuerũt ne tollereť ab eis regno p romanos q̃ȝ de ſob/
na.de quo nõ legiť ꝙ timuiſſet:nec ꝙ fuiſſet hypocrita. Simi
liter magis pprie diciť tabernaculum qd nequaq̃ȝ transferri
poterit de eccl̃ia q̃ȝ d tẽplo Salomonis qd nõ poſt multa tpa
fuit penit⁹ deſtructũ:⁊ ſic de alijs vt ptȝ intuẽti.

## Nico.de lyra

Accedite gẽ. Ca.XXXIIII
Hic ppħa cõminať idumeis
q̇ fuerũt ɔtrarij iudeis:cũ tñ
debuiſſent eos iuuare:eo ꝙ a duob⁹
gemellis fratribus deſcenderãt : ſcȝ
Eſau et Jacob. Primo tñ propheta
cõminať omnib⁹ exiſtẽtib⁹ in circũi/
tu regni babylonis generaliter. Se/
cũdo idumeis ſpecialiť.ibi: Ecce ſup
idumeã. Circa p̃mũ dic: Accedite gẽ
tes ⁊c. et p h inſinuat ꝙ vult dicere
magna.io ſubdit: b Quia indig.
⁊c.q̃s ſcȝ rex babylonis vtute armo
rũ ſibi ſubiecit q̇ fuerũt multe valde
ſm ꝙ diffuſi⁹ exprimiť Hiere. xxv.
c Et furor ⁊c.qꝛ nõ potuerũt ſibi re
ſiſtere vtute armoꝝ. ⁊ bñ poniť hic:
Indignatio dñi : qꝛ nabuchodono/
ſor ñ fecit illas victorias vtute ppa:
ſ; inq̃ȝtũ erat flagellũ dei ad punien/
dũ peccata illius tpis. d Interfe/
cit eos.i.interficiet:loquendo de fu/
turo per modũ p̃teriti. e Interfe/
cti eorum pijcientur;beſtijs ⁊ auib⁹
ĩſepulti

a ſ die iudicij generaliť. b ſ gẽtiles.
a+ Accedite gẽtes XXXIIII
a ſ retributionẽ iuſtã iudeis redditã.
ſ iudei.
et audite:⁊ populi attẽdi/
a ſ habitantes in ea.
te:audiat fra ⁊ plenitudo ei⁹ orbis
a ſ idẽ:ſ; repetitio cõfirmatio ẽ. b ſ vindicta.
b+ ⁊ oẽ germẽ ei⁹ qꝛ indigñtio dñi ſup
a ſ generaliť i iudicio. b ſ ſpecialiter.
c+ oẽs gẽtes : ⁊ furor ſup vniuſã mili
a ſ demonũ. b ſ dicẽs : Ite maledicti in ignẽ eter.
d tiã eoꝝ. Interfecit eos ⁊ dedit eos ĩ
a ſ iuſto iudicio.
b ſ quos diabol⁹ vel mali hoĩes exemplo interfece/
runt. ſ in infernum.
e+ occiſionẽ. Interfecti eoꝝ pijcieť :⁊ d
a ſ peccatoribus. b ſ peccatoꝝ. c ſ defi/
cadauerib⁹ eoꝝ aſcẽdet fetor. Tabe f+
cient. a ſ tyranni. ſ vel angeli qui ſingu/
lis gentibus pſidebant.
b ſ quos occiderunt. ſ vel.cit
ſcẽt mõteſ a ſãguie eoꝝ:⁊ tabeſcet g

inſepulti. f Tabeſcẽt montes ⁊c. A
per hoc deſignať multitudo ĩterfici/
endorum. g Et tabeſcet oĩs mili/
tia celorum: quod exponit Ra.Sa.
de angelis pfectis ad cuſtodiã dicta
rum gentiũ: q̇s dicit ſimul puniri et
ɔtriſtari cũ gentib⁹ quib⁹ p̃ſunt:qd
eſt erroneum.illi enĩ ſunt angeli bea
ti ⁊ ideo nõ põt eis aliquid ɔtinge/
re quod ſit ɔtrariũ volũtati ipſorũ.
et ideo in nullo triſtanť nec grauan/
tur de punitione tpali ſeu eterna gen
tium q̃s cuſtodiũt:qꝛ talia pcedunt
ſm ordinez diuine iuſticie:cui p oĩa
⁊ ſimpliciť aſſentiũt.⁊ ido aliq̇ expo/
ſitores h exponũt d demõib⁹: ſ; non
videť rationabiliter dictum : quia d
talibus occiſionibus non triſtãtur:
ſed magis delectãť :et ideo per mili/
tiã celi ſol ⁊ luna et alia aſtra notabi
lia ĩtelligũť: q̃ frequẽter in ſacra ſcri
ptura militia celi dicuntur:huiuſmo
di vo aſtra multi gentiles antiqui/
tus colebant ſicut deos,⁊ ido meta/
phorice

a Omis mili- Ca. XXXIIII
tia. Sol ⁊ luna ⁊ ſtelle obſcu-
rari videbūt: clareſcente vera
luce que eſt xp̄s: ſpūs q̄ȝ mali
amiſſa ptāte ī inferno reclude
tur. b Et cōplicabunt ⁊c.
Nō ſcȝ interibūt ſȝ poſtq̄ oīa
pctā apta fuerint ⁊ derelicta:
cōplicabūt libri q̄ apti fuerāt
vt vltra in eis nō ſcribant de-
Dan. 7. c licta. Unde: Judicium ſedit ⁊
apti ſūt libri. Cōplicabunt
ſi. li. ce. Aer iſte igne inuoluet
et plicari videbit ſicut liber.
Poſtq̄ enī oīa peccata apta
fuerint: cōplicabūt libri q̄ fue
rant apti: nihil enī poſtea ſcri
Ibidem bet in eis. Hinc Daniel: Judi
ciū ſedit ⁊ libri aperti ſunt.
c In boçrha. In ciuitate mū
di cōtra deū munita. Boſrha
enim munita vel ex deo. mun-
dus enī volūtate dn̄i firmat.
Ps. 23. vn̄: Sup maria fūdauit e. Et
Ibidē. 74. ego confirmaui co. ei⁹. Boſ-
rham et edom hebreoꝝ magi-
ſtri romam volunt intelligi: ⁊
omnia de ipſa dici que ſequen
ti continentur capitulo.
d Quia dies vltionis dn̄i.
Poſt generalē mūdi vltiōem
ad hieruſalez reuertit: cui pri-
mū loquebat: ⁊ deſtructionez
eius pleno ſermone deſcribit
que facta eſt a romanis.
e Cōuertēt tor. ⁊c. Hypboli-
ce: ſeuiciam romanorum et p-
uincie et ciuitatis ⁊ tēpli ſigni
ficat incendium. f Herici-
us. Per hericiū impure men-
tis ſeſeq̄ callide defendentis
duplicitas deſignat. Herici⁹
cum apprehēditur caput ⁊ pe
des conſpiciunt: ſed apprehē-
ſus in ſpherā colligit. Caput
cernitur et pedes: cuȝ q̄ initio
peccatur ad culpam venerit:
vel quibus veſtigijs culpa p-
petrata ſit cognoſcit. Sed ad-
ductis excuſatiōibus ⁊ initia
iniq̄tatis ⁊ veſtigia abſcōdūt
cū his q̄ corrigit cūcta q̄ pri⁹
nouerat amittēs tergiuerſati
one praue defenſiōis īuolutū
ītra ꝯſciētiā cōperit. Malicio
ſe enī mētis duplicitas ſeſe in-
tra ſe colligēs abſcōdit ī tene-
bris defenſionis. g Ibis.
Auis aquatica ſerpentib⁹ ini-
Joſephus mica: has aues dicit Joſeph⁹
lib. 2. c. 7. a Moyſe deletas ī bello ꝯtra
ethiopes: q: ſerpētes abūdāt
ī terra illa per quā adit⁹ erat.
h Nobiles ei⁹. Apoſtoli enī
iā tranſierant ad gentes. Alij
fideles admonitione ſpirituſ-
ſancti imminente captiuitate
tranſierunt iordanem in reg-
num agrippe qui pacem habe
bat cum romanis.
Moralit i Spine ⁊ vr. Mora. Grego.
Quid per ſpinas niſi punici-
ones vitioꝝ? Quid p vrticas
niſi pctōꝝ prurigines? In do-
mib⁹ babylonis ſpine ⁊ vrtice
pullulāt: q: in ꝯfuſiōe mentis
reprobe ⁊ deſideria cogitatio-
nū ſurgūt q̄ exaſperant: ⁊ pec-
cata

a ſ demonum aeriorum. b ſ virtutes celorum mouebuntur ⁊ cadent ſtelle de celo.
a b oīs militia celoꝝ: et cōplicabunt a†
ſ aerij.
ſicut liber celi: ⁊ omīs militia eo- b
a ſ ſub autūno.
rum defluet ſicut defluit folium
a ſ repletus malicia peccātium. ſ ſanguine interfectorum.
de vinea ⁊ d̄ ficu: quoniā inebria c
a ſ aere in quo demones habitant. ſ vltio.
tus ē in celō gladius meus. Ecce d †
a ſ poſt penā demonū. b ſ idumeus terrenus. ſ terrenam miliciam.
ſuper idumeaȝ deſcēdet: et ſuper †
a ſ interficiendum.
populū interfectionis mee ad iu †
diciū. Gladius domini repletus †
a ſ peccatis. b ſ iniquitate ſuperborum.
eſt ſanguie: incraſſatus eſt adipe
a ſ ſimplicium. ſ ſubiectorum. b ſ principum libidinoſoꝝ.
de ſanguine agnorum et hirco- e f
a ſ potentioꝝ ducum.
rum: ⁊ de ſanguine medullatorū g
a ſ tormenta.
c arietum. Victimā enī domini in h
a ſ Quis eſt iſte q̄ venit de edō tin. v. de boꝛrha.
boçrha ⁊ īterfectio magna in ter i
a ſ mundo ſanguineo vel terreno: edom nāq̄ ſanguineus vel terrenus. b ſ in infernum. c ſ monarchiam mundi obtinentes ſicut Nero.
ra edōm: et deſcēdent vnicornes † k
a ſ principes alij.
cū eis: ⁊ tauri cū potentibus. In l m†
ſ a ſ infernus. b ſ malicia.
ebriabitur terra eoꝝ ſanguine: ⁊
a ſ idem. b ſ ſuperbia. ſ veniet.
d hum⁹ eoꝝ adipe pinguiū. Quia n
a ſ ſanguinis chriſti. b ſ tempus p̄dicatiōis chriſti cōtēpti a iudeis: quod in iudicio retribuet eis et in tempore captiuitatis.
dies vltiōis dn̄i ann⁹ retributio-
e nis iudicij ſiō. Et ꝯuētēt torrētes o†
ei⁹ ī picē: ⁊ humus ei⁹ ī ſulphur: ⁊ p† q†
ſ aſſidue.
erit tra ei⁹ ī picē ardētē: Nocte et
die nō extinguet ī ſempiternum. r
a ſ ſignū ⁊ memoria illius incendij.
Aſcēdet fum⁹ eius a generatiōe ī
ſ a iudeis.
generationē deſolabitur in ſecu-
a ſ decreuerūt romani vt nemo iudeoꝝ reuertere tur ad terrā natiuitatl ſue. ſ iude⁹ libere ſic āñ.
la ſeculorum. Nōn erit tranſiens s†
ſ iudeam. ſ ſolitari⁹.
p eā ⁊ poſſidebunt eaȝ onocrota t†
f g lus: et hericius: ⁊ ibis: ⁊ coruus v x
a ſ vbi templum prius ⁊ ſedes regia.
habitabunt in eā. Et extendetur y†
a ſ pene ſm menſurā culpe.
ſuper eaȝ menſura vt redigat ad
a ſ diuine iuſticie: que non poteſt immutari.
b ſ cementarij regulam.
nihilum: ⁊ perpendiculū in deſo †
h lationem. Nobiles eius nō erūt z† †
a ſ chriſtum. ſ celi.
ibi. Regem potius inuocabūt: ⁊ a† †
a ſ ſcribe: phariſei ⁊ ſacerdotes.
omnes principes eius erūt in ni †
a ſ quondā ornatiſſimis. b ſ p diuitijs.
i hilū. Et orīet in domib⁹ ei⁹ ſpine b† c

phorice dicunt tabeſcere in deſtructiōe gentiū
ea adorātiū: eo q̄ apparet manifeſte q̄ nō po-
terant eas ſaluare. a Et cōplicabuntur q̄ſi
liber celi. in libro enī plicato queq̄ ſcripta ſūt
nō poſſunt legi: ⁊ eodem modo dicit hic q̄ gē
tiles ex conſtellationibus futura prenoſtican
tes non poterant ibi videre infortunia ſuper-
uentura per nabuchodonoſor. b Et omīs
militia eorū defluet. i. influentia ſtellarum eis
non pficiet. c Quoniā inebriatus eſt ī ce
lo gladius me⁹. i. gladius vindicte mee ex or-
dinatione celeſti ſeu diuina extentus eſt ad af
flictionez gentiū: ⁊ effuſionē multi ſanguinis
eorū. d Ecce ſup idumeam deſcendet. Hic
cōſequenter ppheta inuehitur contra idume
os ſpecialiter: ⁊ diuiditur ī tres partes: quia
primo cōminatur eis dominū occiſionem. Se
cundo terre deſtructionem. ibi: Et conuerten-
tur. et tertio ponit vtriuſq̄ dicti confirmatio-
nem. ibi: Requirite diligenter. Circa primum
dicit in perſona domini: Ecce ſuper idumeam
⁊c. et patet littera vſq̄ ibi: e De ſanguine
agnorū. i. minorū. f Et hircorū. i. mediocri
um. g Et de ſanguine medullatorum arie
tum. i. maloꝝ in potentia et diuitijs.
h Victima enim domini. i. interfectio pecca-
torū ex ſententia domini. i In boçrha. de
hac enim ciuitate fuit iobab rex edom. Gen.
xxxvj. k Et deſcendent vnicornes. i. ſuper
bi ⁊ ceruicoſi. l Et tauri cuȝ potentibus. i.
indomiti. m Inebriabit terra eoruȝ ſāgui
ne. In hoc notatur magnitudo effuſionis ſan
guinis humani: cuius cauſa ſubditur. cū dici
tur: n Quia dies vltiōis dn̄i ⁊c. ſic enim
fuerunt puniti idumei eo q̄ fuerunt moleſti ⁊
aduerſarij iudeis: quorū ciuitas metropolis
fuit hieruſalem ī qua erat mons ſion. o Et
conuertent. Hic conſequenter propheta cōmi
natur eis terre deſtructionē. cū dicitur: Et cō-
uertentur torrentes eius in picem. i. in corru-
ptionem et amaritudinez ex multitudine ſan-
guinis ibidem decurrētis ⁊ cadauerū ibidem
proiectorū. p Et humus eius in ſulphur.
hoc eſt in fetorem ex cadaueribus exalantem.
q Et erit terra eius ī picē ardētē nocte ⁊ die:
quia habitacula illi⁹ terre fuerunt cōbuſta ab
aduerſarijs ita facilit ac ſi eſſent linita pice.
r Non extinguet ⁊c. ope humano: ignis enī
ille nō fuit extinct⁹ ab incolis q̄ erāt p maio-
ri pte īterfecti ⁊ reſidui fugitiui vel capti: nec
ab aduerſarijs q̄ ignem accēderāt: ſȝ ſolū ceſſa
uit p defectū materie cōbuſtibilis. Vel pōt di
ci q̄ in aliqua parte illius terre in ſignum di-
uine vindicte apparuit ignis exiens de venis
ſulphureis terre qui adhuc perſeuerat: ſicut ē
in ſicilia in monte ethne. ideo ſubditur: Aſcē-
det fumus eius ⁊c. s Non erit tranſiens
per eam. quia euacuabitur ab incolis.
t Et poſſidebunt eam onocrotalus. auis eſt
īmunda. et dicitur ab onos quod eſt aſin⁹ eo
q̄ habeat faciem aliquo modo ſimilem aſino:
vt habetur in libro qui dicitur catholicon. he
brei tamē dicūt hic: Noctua. q̄ eſt auis volās
de nocte. v Et herici⁹. aīal ē paruū ſpino-
ſū x Et ibis. i. ciconia. hebrei dicūt monedu
la. p iſta deſignat vaſtatio terre: q: iſta habi-
tant in locis deſertis. y Et extendetur ſup
eam menſura. i. deſtructio erit ⁊ vaſtatio ſm
menſuram peccatorum. ideo ſequitur:
z Nobiles eius non erunt ibi. q: erunt īter-
fecti vel capti. ideo ſubditur: a Regē po-
tius inuocabunt. i. regem babylonis cui erūt
ſubiecti īuocabūt vt eoꝝ miſereat: q: tamē nō
inuenient apud eum miſericordiaȝ. ſubditur:
Et erunt omnes principes eius in nihilum.
b Et orientur in domib⁹ ei⁹. ruinoſis ⁊ dere-
lictis. c Spine ⁊ vrti. et pa. Carduus ē ſpi
noſus cum quo parantur panni.
Et erit

cata opeꝝ que pungunt. Paliurus tã/ta ſpinarum circũdatione denſeſcit: vt pro aſperitate vix tangi poſſit. Int⁹ vr/tica ⁊ ſpina naſcitur: ſed vtrũqꝫ exteri⁹ p paliurũ munit: qꝛ minores iniq̃ ma/la q̃libet faciũt ſi ea nequiſſimi maiores tuent. a Et erit. Greg. i Mora. Cõtra puerſam mẽtez ſub iudee ſpecie dicit: Erit cubi/le draco. Quid p dracones niſi malicia? Quid vo ſtrutiõis no/mine niſi hypo/criſiſ deſignat? Strutio nanqꝫ ſpeciem volãdi habet: qꝛ et hy/pocriſis cũctis intuẽtib⁹ imagi/nẽ ſ̃ ſe ſãctitat̃ inſinuat ſ; tñ vi/tã ſãctitat̃ ignorat. In pñſa ſ̃ mente draco cu/bat ⁊ ſtrutio paſcit: qꝛ et latens malicia calide tegit ⁊ ĩtuentiũ ocul̃ ſimulatio bonitatis ante/fert. Quid ve/ro onocentauri nomĩe niſi lubri/ca vita ſignat ⁊ elati. Greco q̃p pe eloq̃o onos dꝛ aſinus: et ap/pellatione aſini luxuriam deſig/natur. Onocentauri ſ̃ ſubiecti ſũt luxurie et vi/tijs. Inde cerui/cem erigũt. Añ bñ ſubiũgitur: Et piloſus cla. a. ad al. Qui alij piloſi nomi/ne figurant niſi hi q̃s greci planas: latini vo incubos vocãt: Quoꝝ nimirũ forma ab hũana effigie ĩcipit: ſ; beſtiali extremitate ter/minat: piloſi ſ̃ nomĩe cuiuſlibet aſperi/tas deſignat: q̃ ⁊ ſi qñ obtẽtu rõnis ĩci/pit: ſemp ad irrationabiles mot⁹ tẽdit. Quaſi hõ in beſtiã deſinit cuz culpã p imaginẽ rõnis inchoãs: vſqꝫ ad irrati/onabilem effectũ trahit. Piloſus alter ad alteꝝ clamat: cum ppetrata malicia ad ppetrãdã maliciã puocat. b Il/luc ↄgregati ſunt ⁊c̃. Tropologice. Ex/pulſo ꝑpl̃o iudeoꝝ ſub beſtiaꝝ ⁊ portẽ/toꝝ noĩb⁹ idolatras et ſupſticioſos in hierl̃m habitaturos ſignificat: et hos onocrocalis: hericios: ibicẽ: cornũ: dra/cones et ſtrutiones onocentauros ⁊ de/monia: lamiã appellat: quã q̃dã hebre/oꝝ furiã ſuſpicãt. Et reuera ſi ↄſidere/mus ẟ diuerſis gẽtib⁹ adductas hieru/ſalẽ colonias: ⁊ ſm ritũ puinciaꝝ ſua/rũ ſingl̃as puĩcias familiaſqꝫ ꝓpriorũ demonũ coluiſſe portẽta: hec oĩa habi/taſſe firmabimus in hieruſalem.

Tropo.

Letabit

a ſ in templo in domo regia.
et vrtice: et paliurus in mũniti/
a ſ ibi. b ſ ſigna extreme ſolitudinis.
a onibus eius: et erit cubile draco a†
num et paſcua ſtrutionum: ⁊ oc/ b
a ſ inuicem. b ſ monſtra demonum. c ſ ex aſino per quem ſtulti ⁊ libidinoſi et tauro per quem notantur ſuperbi his demones occurrunt: ſuggerendo iuuando.
currẽt demonia onocentauris:
a ſ ſm alios ſilueſtres: homines: vel incubones: ⁊ ſimia.
et piloſus clamabit alter ad alte/ c
a ſ cetera habet feminea pedes equinos.
rum. Ibi cubauit lamia et inue/ d
nit ſibi requiez. Ibi habuit foue/
a ſ ſpinoſus.
am hericu⁹ et enutriuit catulos: ⁊
circũfouit et fouit i vmbra eius.
a ſ auis rapax.
b Illuc cõgregati ſunt miluũ: alter
a ſ clamauit. b ſ o venturi.
ad alterũ. Reqrite diligenter i li/ e†
a ſ hoc. ſ. quem a domino didici. b ſ monſtris.
bro dñi ⁊ legite. Unũ ex eis non f g
a ſ par parem: qꝛ dominus adduxit vtrũqꝫ.
defuit: ãlt alterũ non q̃ſiuit: quia h i
a ſ audiã quid loquat domin⁹ de⁹. ſ chriſt⁹.
quod ex ore meo pcedit ille mã/ k l
dauit: ⁊ ſpũs ei⁹ ipſe cõgregauit m n
a ſ mõſtra. b ſ quaſi eius decreto omnia cõplebuntur ⁊ ordinem ſuum non relinquent.
c ſ quis ibi maneret. d ſ potẽtia.
eã: ⁊ ipſe miſit eis ſortẽ: ⁊ manus o p
a ſ poſſeſſionis.
eius diuiſit eã illis in menſuraz.
a ſ non monſtra ſed eoꝝ ſignificata.
Uſqꝫ in eternũ poſſidebunt eaz: q
a ſ homines beſtiales monſtruoſi.
in generatione et generationem
habitabunt in ea.

a Et erit cubile draconum ⁊c̃. per omnia iſta intelligitur q̃ terra ad ſolitudinez re/digetur. b Et occurrent demonia onocentauris. ſm expoſitores noſtros dicunt hic demonia demones incubi vel homĩes ſilueſtres. Onocentauri autem aĩalia mõ/ſtruoſa in parte ſuperiori ſimilitudinẽ hominis habentia in inferiori aſini. ideo dꝛ ab onos qd̃ ẽ aſin⁹. hebrei ſic dicũt: Et occurrẽt martine catt̃ ſilueſtrib⁹: et dicũt marti/ne apd̃ eos aĩalia ſĩlitudinẽ habẽtia cũ ſimijs: ſũt tñ caudata. c Et piloſus clama. ⁊c̃. i. vlulabit: ⁊ dicunt h̃ piloſi ſm hebreos aĩalia ferociora ⁊ piloſa: ſic̃ lupi ⁊ hmõi. d Ibi cubauit lamia. ẽ aĩal mõſtruoſũ habẽs ĩ ſupiori pte ſĩlitudinez mulieris ⁊ ĩ inferiori pedes eq̃nos. Cetera patent ex dictis. e Reqrite diligẽt. Hic ↄſiter ponit p̃dictoꝝ ↄfirmatio. cum dꝛ: Reqrite diligẽter ĩ libro dñi. i. ĩ h̃ libro Eſaie q̃ ſcp̃ſit ipẽ ſpũſãcto dictãte: put dictũ fuit ĩ principio hui⁹ libri. f Et legite. ſcz futuris tẽporib⁹ et ĩuenietis q̃ g Unũ ex eis. q̃ p̃dixi ventura ſupra eodẽ. h Nõ defuit. q̃n ſit adimpletũ. i Alter alterũ nõ q̃ſiuit. h̃ ẽ dictũ h̃ non ↄtigit ex caſu nec ex humana induſtria: ſ; ex ordinatiõe diuina. ideo ſubdit: k Quia quod ex ore meo procedit. prophetando. l Ille. ſcz deus: m Mãdauit mihi. inſpirando. n Et ſpiritus eius ipſe congregauit ea. ſcz animalia monſtruoſa predicta. o Et ipſe miſit eis ſortem. ſcz ad locum habitandum. p Et manus eius diuiſit eam illis in mẽſuram. id eſt ſingulis ſm ſue nature conuenientiã. q Uſqꝫ in eternum. In hebreo habetur: Uſqꝫ in ſeculum: quod ꝓprie ſignificat tempus quinquaginta annorũ. aliquando tamẽ accipitur in ſcriptura pro maiori tẽpore: aliquando pro minori: vnde non accipitur hic pro duratiõe perpetua: quia idumea p⁹ deſtructionẽ dictã p nabuchodonoſor fuit poſtea habitata ab hoĩb⁹ ⁊ p̃dicta aĩalia inde eiecta. Ca. XXXIIII

**Moraliter.** a† Accedite gẽtes ⁊c̃. Hic ad litteram deſcribitur perſecutio generalis aliarum gentium p regem babylonis que confuſio interpretatur. ideo per ipm̃ diabolus ſignatur qui rex eſt inferni vbi nullus eſt ordo ſed ſũma confuſio. ipẽ vero pſequitur generaliter genus humanũ potentia nequicia et aſtutia. pꝛopter qd̃ ſolliciti debem⁹ eſſe de bona reſiſtentia. ideo dicit: Accedite gentes ⁊c̃. ſcz ad reſiſtendum impugnationi demonum. b† Quia indignatio domini ſuper omnes gẽtes ⁊c̃. dicit autẽ dominus gentibus indignari inq̃ntum permittit homines a demonibus grauiter tentari. c† Et furor ſuper miliciam eorũ. id eſt ſup magis pfectos quos de⁹ aliq̃ñ do pmittit tentari graui⁹ vt ptz in negatiõe Petri. e† Interfecti eorũ. peccato mortali pijcientur in foueam inferni. f† Tabeſcent montes a ſanguine eorum. quia p̃lati et religioſi qui per montes ſignãtur dolent de damnatione hominum. a† Et complicabunt ſicut liber celi. id eſt viri pfecti. quorum cõuerſatio in celis eſt qui dicunt hic complicari ex timore ꝓprie fragilitatis et diuine ſeueritatis. d† Ecce ſuper idumeã. hic ponit pſecutio ſpecialis idumee q̃ ſãguinea interp̃tat: ꝓpter qd̃ p eam eccleſia chriſti ſanguine redẽpta ſignat. et ſic dicit. † Ecce ſup idumeã deſcẽdet. ſcz ira dei inq̃ntũ pmittit eã peccatis enormib⁹ maculari. † Et ſuper populũ ĩterfectionis ⁊c̃. i. ſuper clerũ qui dꝛ populus interfectiõis. † Ad iudiciũ. qꝛ iuſto dei iudicio ſic pmittit ſpiritualiter iugulari ⁊ ſic iuſti⁹ puniẽt. vñ ſubdit: † Gladi⁹ me⁹ replet⁹ ẽ ſã. ⁊c̃. p ſãguinẽ ſignant peccata iracũdie inuidie et hmõi. p adipem vo peccata carnalis cõcupiſcẽtie q̃ vigẽt ĩ clericis ⁊ ĩ obſtinatis puniẽt pena gehẽne. k† Et deſcẽdent vnicornes cũ eis ⁊c̃. p vnicornes ⁊ tauros ſignãt demones cũ eis puniẽdi. m† Inebriabit terra eoꝝ ſãguĩe ⁊c̃. p terrã ĩtelligũt laici terrenis actib⁹ implicati: q̃ peccatis inficiunt clericoꝝ dicẽtes: Quare nõ facerem⁹ qꝛ clerici ⁊ religioſi talia faciũt q̃ ſũt doctores nr̃i. o† Et ↄuertent torrẽtes ei⁹ in picẽ. i. doctrine eccl̃ie in ↄtẽptũ ⁊ vilitatẽ. Grego. homel. xxxvij. Cui⁹ vita deſpicit reſtat vt ei⁹ p̃dicatio ↄtẽnat. p† Et humus ei⁹ ĩ ſulphur. i. corp⁹ qd̃ ẽ de humo poſt ei⁹ reſurrectiõez ardebit igne gehẽne fetido ⁊ eẽno. s† Nõ erit trã. ⁊c̃. qꝛ null⁹ euadere poterit de gehẽna. t† Et poſſidebũt eã ono. ⁊c̃. p h̃ aĩalia ſignãt diuerſa demonia. y† Et ſup eã ex. ⁊c̃. ſ. diuine iuſticie. † In deſolationẽ. ſ. finalẽ ⁊ ↄſũmatã ſic̃ p oppoſitũ gl̃ia ſãctoꝝ ẽ gr̃a ↄſũmata. ideo ſubdit: z† Nobiles eius. i. vtuoſi de eccl̃ia. † Nõ erũt ibi. ſ; ĩ gloria celeſti. a† Regẽ poti⁹ ĩuo. i. deũ ↄtinue laudabũt. † Et erũt oẽs p̃ncl. ei⁹. i. oẽs ĩ eccleſia ſupbe dominãtes. † In nihilũ. i. totalit deiecti. b† Et orient ĩ domib⁹ ei⁹ ſpine ⁊c̃. p que deſignãt diuerſe pene q̃ ſũt ĩ gehẽna. a† Et erit cubile dra. ⁊c̃. i. demonũ diuerſoꝝ. Et qm̃ h̃ ſcp̃ta ſũt ĩ nouo ac veteri teſtamẽto. ſubdit: e† Reqrite diligent ⁊c̃. vt p bonã ↄſiderationẽ iſtoꝝ poſſitis penã euadere tormẽtoꝝ.

**Additio.** In ca. xxxiiij. Accedite gentes. Iſtud ca. ĩ q̃ ꝓpħa inuitat oẽs gentes ad audiendũ: ⁊ indignationem domini ſup oẽs gentes cõminatur et ↄñter reſtrĩgit ſe ad idumeã tm̃: de cui⁹ vaſtatione plura ⁊ p̃ncipalia q̃ ĩ hoc ca. ↄtinent denũciant ſm poſtil. in poſtilla ſua principaliter exponit de idumeis ab Eſau deſcendẽtib⁹: eo q̃ fuerunt ↄtrarij iudeis cũ debuiſſent eos iuuare: eo q̃ a duob⁹ gemellis fratrib⁹ deſcẽderant put ĩ poſtilla

largi⁹

largius ꝯtineť qꝺ nõ videť rationabiliter dictũ:tũc qꝛ ꝑ pre
ambulũ huiꝰ ꝓphetie dať ĩtelligi ꝙ indignatio dei de q̃ ħ agi
tur ſit maxĩa reſpectu p̃dictaꝝ q̃ ĩ ꝓphetijs p̃cedẽtibꝰ fuerũt
tradite.dicit enĩ:Accedite gẽtes ⁊c.Audiat terra ⁊ plenitu/
do eiꝰ orbis terraꝝ ⁊ oẽ germen eiꝰ : q̃ ꝟba q̃ tã maximã attẽ
tionẽ denũciãt ⁊ totũ orbẽ terraꝝ ad audiẽdum excitãt nõ le
guntur in alijs ꝓphetijs Eſaie:in q̃bꝰ de deſtructiõe babyloni
orũ aſſyrioꝝ egyptioꝝ ⁊ aliorũ agit.Ex q̃ videť ꝙ in ħ ca.de
acerbiori ⁊ duriori indignatiõe dei tractet : tũ qꝛ fraternitas
gemella eſau ⁊ iacob quã allegat ad ħ ꝙ debuiſſẽt idumei ad
iuuare iudeos nunꝙ̃ fuit cauſatiua amicitie:ſ; potiꝰ cauſauit
inť eos magnã inimicitiã tã ĩ ſuis p̃mordijs.vt ptꝫ Gen.xxv.
vbi de ip̄is gemellis ĩ vtero exñtibꝰ dꝛ: Collidebãť in vtero
eiꝰ paruuli ꝙ̃ ĩ ꝓceſſu ĩ ſuis poſteris:vñ Exo.xvij. Primus
aduerſariꝰ q̃ exiuit obuiã ꝑp̄lo iſrľ ad pugnãdũ cũ eis cũ exi/
ret de egypto fuit amalech filiꝰ eliphaç primogeniti Eſau .vñ
ij.Reg.viij.dꝛ de dauid. Poſuit ĩ idumea cuſtodes: ſtatuit
ꝙ̃ p̃ſidium:⁊ facta ẽ vniuerſa idumea ſeruiẽs dauid.Ex quo
ptꝫ ꝙ iſte due gẽtes iſrľ.ſ. ⁊ idumei non habebãt ſe adinuicẽ
vt fratres.ſ; potiꝰ vt aduerſarij ꝓut fuit ꝓphetatum de eis:
Gen.vbi ſupra.Duo pp̄li ex vẽtre tuo diuidẽť:pp̄ľs q̃; popu/
lũ ſupabit.Nõ ğ ex tali fraternitate videť ſeq̃ ꝙ idumei tam
acerrime debuiſſent puniri:eo ꝙ nõ audiuiſſent iſraelẽ:vnde
aliq̃ expoſitores nr̃i ħ ca.videnť exponere p̃ncipaliť de finali
iudicio ĩ q̃ oẽs reprobi puniẽť ex oĩbꝰ natiõibꝰ.Et l; huic ex/
poſitiõi plurima q̃ ĩ ħ ca. ꝯtinẽť ꝯcordẽt:tñ nõ ꝯſonat ei hoc
